

HISTORIA IVRIS CANONICI

IN V S V M
SEMINARII SALERNITANI

Commodo ordine adornata , & veterum re-
centiorumque Scriptorum auctoritate ,
multisque non vulgaribus obser-
vationibus , & adnotationi-
bus paſſim illustrata ,
& aucta .

Adiecta est ad calcem mantissa , in qua de deperdi-
tis , aut ineditis canonum collectionibus , tam
Graeciis , quam Latinis ; Bibliotheca iuris
Canonici veteris Vöelli , atque Iystelli ;
itemque Synodico M. Guil.
Beveregii differitur .

A V C T O R E

C A R M I N O F I M I A N O

Eiusdem Archiepiscopalis Seminarii
Professore .



N E A P O L I M D C C L X I I I .
Excudebat Caetanus Roselli .
Publica auctoritate .

BIBLIOTHECA
REGLA
MONACENSIS.

Nulli Sacerdotum suos liceat canones
ignorare, nec quidquam facere, quod Patrum
possit regulis obviare. *Caelestin. I. epist. ad
Episcop. per Apul., & Calabr. constit.*

Κωνσταντίος Σεβαστός

Talis Εκκλησιαῖς

Μηδεὶς στὸν δῆμον εἰ τοῖς αγίοις πών την επισκοπήν συνεδρίους
πραττεῖν, τύπον προς τὴν δειλὴν βουδησίαν εχει την αγα-
φοράν.

Constantinus Augustus
ad Ecclesiās.

Quidquid in Sanctis Episcoporum Con-
ciliis decernitur, id universum Divinae
voluntati debet attribui.

AMPLISSIMO VIRO
ISIDORO SANCHEZ DE LVNA
ARCHIEPISCOPO SALERNITANO
POTENTISSIMI NEAPOLITANORVM REGIS
A SANCTIORE CONSILIO ADMINISTRO
ACERRIMO LITTERARVM PATRONO
CARMINVS FIMIANVS
MVNVSCVLVM LITTERARIVM
OBSEQUENTIS ANIMI
ERGO.



Oc mihi natura ingenium obtigit,
nulla ut re capiar magis, quam vi
eximiae sapientiae, si quam in aliis
animadverto, cum probitate bone-
stateque conjunctam, inque omnes
me partes agam, ut viris, quos in-
fens eexit virtus, obseruantiae, pronaequa
luntatis significationem aliquam, officiumque
rdam. Quum enim nihil ingenio perficere possim,
in quo vel aliis, vel certe mihi ipse placeam; eam
tamen laudis particulam facile mihi vindico.
quae in aliorum contemplatione admirationeque
virtutum est posita. Habes ergo, PRAESVL AM-
PLISSIME, quid umquam in caussa fuerit, cur
banc, quae sub auspiceissimo nomine TVO nunc
primum apparet, Canonici Juris Historiam. que
commodo utilitatique studiosorum iurispruden-
iae canonicae Seminarii, deliciae TVI ad invi-
liam usque per TE florentissimi, prospectum vo-
ui, TIBI potissimum, qui non antiquitate modo
generis, & gloria maioram, sed virtute TVA unus
monium maxime flores, inscribendam decreve-
im. Quid enim virtutis est, quid ornamenti,
quod in TE non omisear egregie, aliosque in TVI

A 2 imi-

4

imitationem admirationemque non pertrabat? Iam inae usque ab eo tempore, quo primum in litteris studium posuisti, praestantem indolem nacto, elycere visi sunt in TE celeres quidam ingenii animique motus, ad excogitandum acuti, ad explicandum exornandumque uberes, ad memoriam firmi, ac diurni, eximiamque spem habiti omnibus inieciisti, talem aliquando futurum, qualem nunc cognitum iudicamus. Primum a linguarum studio, quod scientiarum vehiculum quoddam est, initium duxisti: qua in re ingenii abundantia praeditus, tanta utebaris contentione animi, atque industria, quanta homini uendum, qui quo minus ingenio potest, subsidio sibi comparat diligentiam, ut & ingeniosos diligentia vincat, & ingenio diligentes. Quo factum, ut omnis oratio TVA emendata, perpolita, plena, & tereti verborum compositione temperata vicia omnia devitet. Inde ad orientales quoque linguas, ingeniique lumen eloquentiam digressus es; quantumque in hoc negotio excellas, probe norunt viri apprime docti, que TE erudita voce Graecis Romanisque auribus digna perorantem admirati sunt, & flexanimo sermone potentem extupuere. Nemo quidem TE nec in vitiis vituperandis acerbior, nec in sententiis acutior, nec in dicendo differendoque subtilior. Praefat autem in TE, quod constanti omnium opinione, in oratore maxime commendandum, lepos quidam, eruditio libero homine digna, celeritasque & brevitas respondendi & refellendi subtili venustate urbanitateque coniuncta, quibus ceteros ingenua, honestaque quadam voluptate perfundis. Interea quia in oratore dialecticorum acumen est requirendum, stude in ea sapientiae parte exercebaris, quae veleti contracta, & qdstricta eloquentiae est; ideo que omnes de rara scriptores per legere volupe TIB uit. Hinc ad penitiorum Theologiam mentem ap puli-

pulisti , quae & ad agnitionem animi pulcherri-
ma est , & ad rem Christianorum publicam tuen-
dam moderandamque necessaria . In hac vero di-
sciplina adeo brevi profecisti , ut vel hoc nomine
TIBI anteferatur nemo , pauci putentur pares . Quid
nunc praedicem summam illam , ac paene singularem
reconditorem sacrae antiquitatis sapientiam , qua
praeclare post hominum memoriam excelles ? Ea
tanta est , ut unum id tota vita egisse omnium ad-
miratio videaris . Quid scientiam pontificii iuris ,
& universae ecclesiasticae historiae , itemque peni-
tissimarum omnium gentium , populorumque memo-
rem ? In hac eatenus excelles , ut quae ex aliis de-
cerpis , mentis acumine , praestantique doctrina ca-
stigas , aut meliora reddis , & quacumque de re
dicere ingrederis , optimis , & adcommodatissimis
exemplis ad confirmandum id , quod studes , num-
quam non abundes . Ad eam vero omnia a natura
habes adiumenta , & praefidia : tanta nimirum
praeditus es memoria , ut rerum retro gestarum
propemodum infinitatem firmissime retineas , quae-
que semel mente perceperas , in numerato habes .
Tantarum fama virtutum Partenopaeam urbem un-
dique invadens , eam & splendore nominis TVI ;
& omnium admiratione complevit ; constantius
cunctorum opinione percrebuit . Ea percitus Iustissi-
mus magnorum ingeniorum aestimator CAROLIS
BORBONIUS , nunc Invictissimus Hispaniarum , no-
vique orbis Monarcha , quum amplissimis TE bono-
ribus cumulavit , tum docendi provinciam in floren-
tissima scientiarum bonarumque artium altrice
Neapolitano Archigymnasio perhonorifice demanda-
vit ; in quo iuvenum , cultissimorumque hominum
frequentia stipatus , praeclarum sapientiae , atque
eruditionis TVAE specimen exhibuisti . Hinc quoque
factum , ut nulla ferme fuerit Academia , quae lau-
di ac ornamento non sibi duxerit , TE moderato-

rem, aut socium adsciscere, in quibus quam edisse
ruisti, quam de TE conciveras expectationem, ita
sustinuisse, ut nemo unus esset, qui TIBI in omni
politiciori humanitate, ac liberali disciplina pri-
mas non concederet. Quid porro dicam de specta-
tissimis virtutibus TVIS, quibus christianam pie-
tatem cum litteris felici constantique foedere co-
pulasti? Ecquid aliud, quaequo, ad Episcopatum
TIBI patefecit aditum, nisi summa doctrina, in-
gens pietas, ardenter illud studium, quod
ab ineunte aetate tota mente fovisti, in omne ae-
vum scriptorum ingenia fatigaturum? Primum
Ariani Pontificatu insignitus es, ut in quo adhuc
presbytero omnes eniterent virtutes, is iure meri-
toque Episcopatu dignissimus haberetur. Qua occa-
sione maiorem exercendae virtutis campum nactus,
mirum profecto videri debet, quam maxima, quam-
que praeclara pro re christiana effeceris. Audus
deinde Tarentino Episcopatu, quos non pertulisti
labores, qui TE non ingruit procellarum appulsus,
quibus difficultatibus conficitatus non es, quae de-
mum non subiisti discriminata, ut optimi sagacissimi-
que Pastoris munus penitus expleres? Tandem ad
Salernitanam moderandam Ecclesiam electus, inde
usque a TVO exoptatissimo faustissimoque in Provin-
ciam appalsu, quib[us] maius gaudium, incredibilis-
que laetitia omnium explevit animos, quo magis
de amplissimis fortunis nostris gratulamur, eo ma-
jori cura, animique labore veremur, ne nova gra-
vissimarum rerum aliunde gerendarum cura com-
pulsus, e sinu complexuque nostro divellaris. Quid
nunc vehementissimum TVVM tuendae Religionis
studium praedicem? Illud tantum est, ut si quosdam
audias, qui dubitandi disputandi licentia abrep-
ti, adversus verenda divinae Fidei dogma[ta] & ora-
cula paullisper obganniant, exardescas iracundia,
& procaces disputatores obiurgas, atque refellas,

Hos

Hoc Religionis studium efficit, ut clarissima viro-
rum Catholicae rei altius extollendae coortorum
exempla pone sequens, sanctissimam Ecclesiae disci-
plinam primum Ariani, mox Tarenti, ac demum
Salerni, acerrime vindicares, & improbo labore,
miraque felicitate ubique diffunderes. An vero est
quispiam, qui TVAM rerum gerendarum pruden-
tiam, consiliorumque explicandorum dexteritatena
admiratus non sit, TEque ad unum id ortum non
dixerit, quodcumque agis? Qua inspecta prudentia,
CAROLUS REX in amplissimum Consiliorum or-
dinem TE sibi adlegit, TVOQVE consilio, & opera
in rebus quibusdam difficillimis pertractandis, ex-
pediendisque usus est. Quid nunc TVAM bonitatem,
comitatem, morumque pudicitiam næmorem? Ea
tanta est, ut neminem aut aspectu, aut colloquio
TVO artes, omnium postulata libenter cognoscis,
nihil iusta potentibus denegas. Si quid negare cog-
eris, ea tamen uteris lenitate sermonis, ut eos quo-
que, quibus negas, aequos placatosque abs TE di-
mittas. Quae vero reliquis virtutibus TVIS, qui-
bus omnem episcopalis officii partem absolvis, par-
inveniri oratio potest? Per TE adolescentes ad vir-
tutem verbis exemplisque provocantur, effusisque
propositis, praemiis peliciuntur: per TE, PATER,
pretio atque gratia dignitates exēntae, honorum sors
virtuti addicta, priscus Salernitanī fori splendor,
iudiciorumque severitas instaurata. TVTE ludex
insontibus optabilis; iis, qui errore, metu, animi-
ve calore déliquistent, placabilis; in eos, qui cer-
ta malitia & pravitate peccassent, plane inex-
rabilis. Veritatis cultor rectique tenax. senten-
tiam, quam animo imbibisti, candide ac sincere di-
cis, & a simulatione. quae tollit iudicium veri,
idque adulterat, longissime abes. In arduis salebro-
fisque rebus numquam animum despandes, num-
quam desistis, sed operi acrius instas, donec ad

8

optatum semel finem adrepas . TVI semper compos , aequam in aduersis servas mentem , in prosperis ab insolenti temperas laetitia . Quod autem pari in culmine tanto exempli est , de ceteris liberalissime & honorifice , de TE humiliter demisseque sentis . Quid ego pluribus labore in rebus TVIS attingendis prae earum magnitudine ac splendore notissimis ? Gloria famaque TVA tam longe lateque omnium ordinum , ac sapientum virorum praedicatione celebratur , ut nihil equidem accessio- nis fieri posse videatur . Quae gloriae amplitudo si nonnullis fortuna commodata videtur , TIBI praefer- sim a virtute donata , partaque magnitudine meritorum , singulari probitate , vitaque ratione ad omne virtutum genus efformatae . Optimo igitur con- filio institui , primum hunc litterariorum laborem , qualis qualis fit , immortali nomini TVO dicare , ut nimirum publice pateat , quam ingens mibi , quae nque constans de ing vii animique TVI splendi- diffimis dotibus insideat opinio . Sincerum ergo ob- sequentis animi argumentum , dum TIBI in iacente fortuna offero , illud abs TE contendeo , ut qua praestas humanitate comitateque excipias , meque inter no- minis TVI addictissimos observantissimosque habeas ; sicque voti compos meliora conabor , nominique TVO submittam . Interim DEV M ter optimum rogo , atque etiam oro , ut propitius votis annuat , quae pro- fante atque incolumitate TVA libens volensque nun- cupo . Dab. ex aedib. Seminar. IV. Kalend. April. an- epochae Dionysianae MDCCCLXIII.

SA-

SALERNITANI SEMINARII
 STVDIOSAE IVVENTVTI
 LEGVM ECCLESIASTICARVM STVDIIS
 INSTITVENDAE
 CARMINVS FIMIANVS
 FELICITATEM.

Praeclare sapienterque iam inde ab antiquissimi
 mis temporibus more receptum , iuvenes or-
 natissimi , ut qui legum recte tradendarum provin-
 ciam adgredi statunt , iis maxima curae sit ,
 ante omnia studiosorum animos quibusdam instrue-
 re , quo facilius ad propositam materiam perdu-
 cant , eoque tandem advecti evidenter habeant
 intellectum . Hinc leges ab ipsis earum initii sibi
 repetendas esse duxere . Quum enim animadverte-
 rent , praecipuam cuiusque rei partem initio con-
 tineri , inque omnibus id esse absolutum , quod
 omnibus constat partibus ; potissimum vero ju-
 risprudentiae partem in iuris historia positam
 esse , hiulca impotensque pertractandi ratio iis
 est visa , missis primordiis , origineque non ar-
 cessita , confessim in ipsam legum interpretationem
 irrumpere . Quamobrem iuris origines , at-
 que progressum in priuis explicare adgressi
 sunt.

Quae cum ita se res habeat , ut primum floren-
 tissima Partenopaea urbe relicta , ubi quinquennio
 vertente , optimae frugi iuventutem legum studiis
 erudivi , hug demigrauem , professoris munere splen-
 didis conditionibus ornatus ab eo , cuius apud me
 plurimum valet , & apud omnes peraeque valere de-
 bet auctoritas , in eo omne studium industriamque
 figendam in animum induxi , ut rei vestrae , studio-
 si legum iuvenes , omni cura sedulitateque consu-
 letem .

letem . Hac ergo mente nunc primum prodit haec *Canonici iuris Historia* , quam commodo utilitatique vestrae addico , ut vobis ecclesiasticarum legum sacra ingurgitaturis planior patet aditus . Sane canonicum ius adeo diffusum est, ut mole magnitudineque sua laboret , eate-nus reconditum abstrusumque , ut sine historiae , ac antiquitatum praesidio comparari vix queat.

Hinc quamplurimi insurrexere viri doctrinae eruditioisque laude commendati , qui nihil fecerunt reliqui , quo ad spartam hanc exornandam certatim operam industriamque conferrent suam . In primis autem stant Petrus de Marca (1) , Burchard. Gotelf. Struvius (2) , Io: Doviat (3) . Ger. Van-Maastricht (4) , Io: Strauchius (5) , Henric. Linkius (6) , Casp. Zieglerus (7) , Hunold. Plettembergius (8) , Ant. Arrighius (9) , Georg. Henric. Ayrerus (10) , Ioach. Clutenius (11) , Christ. Matth. Pfaffius (12) , Adam Riccius (13) , Christoph. Gotfrid. Hoffmannus (14) , Jo: Ernest. Floerckius (15) , Franc. Flo-

- [1] De concord. Sacerd. & Imper. & diss. de Veterib. canon. collect.
- [2] In Historia iur. Civil. Feudal. Canonici , aliquorumque iurium.
- [3] Praenot. canonico.lib.III. & Histor. iur. Canonico. Gallice scripta.
- [4] In Histor. iur. Ecclesiast.
- [5] Diss. Canonico.de origin. libr. & auctorit. iur. Can.
- [6] Discurs. praeliminari. de iur. canonico. origin. & auctorit., praemissio eius tractatui de iurib. Tempor.
- [7] Diss. de origin. & incre-

- ment. iur. Canonico. praemissa Pauli Langellotti institutionib. iur. Canon.
- [8] In introduct. ad ius Can.
- [9] In acroasib. quatuor de iur. Pontific. univers.
- [10] In programmat. de collectionib. iur. canonico. tum veterib. tum recentiorib.
- [11] In Histor. iura. Canon.
- [12] De originib. iur. Eccles. veraque eius indole.
- [13] De libror. iur. canonico. quantit. & qualitat.
- [14] In delimit. histor. iur. canonico-Eccles.
- [15] In praenotionib. iur. iurisprud. Canonico.

Florens (16), Bern. Van Espen (17), Petr. Pithoeus (18), Jac. Ilgerius (19), Ant. Augustinus (20), Steph. Baluzius (21), Nat. Alexander (22), Christoph. Iustellus (23), Ger. Theod. Meier (24), Io: Andr. Schmidius (25), & Io: Alb. Fabricius (26). Mitto certos, ne rem longius, quam par est, videar protrahere.

Horum ergo operibus accedit haec nostra qualiscumque lucubratio. At cui non dictus Hylas, repente morosus aliquis inclamabit? Numnam igitur ei succensendum, qui, quoad eius fieri potest, aliquid opis iurisprudentiae pontificiae, ob neglectos cultores iam e dignitatis suae fastigio labanti, afferre satagunt? Is in illud mentem intorqueat, veritatem omnibus patere, nondum occupatam esse, posterumque aevum, quod agat, plane habere. Fortasse sibi persuadent, canonicae historiae cultores ita se se praestitisse, ut otium reliquis fecerint, spemque meliora producendi intercederint omnem? Et vero si proprius eiusmodi Scriptorum turbam perlustremus, comperiemus equidem, eorum neminem in hoc stadio ita decurrisse, ut

satis

[16] Diff. de origin. art. & auctorit. iur. canon. &

[17] Tractat. historico-canon. in omn. concilior. canon. tam Graec. quam Latin. Oper. part. V. tom. V. & VI.

[18] In Synopsis historica eor. qui canon. & decret. Concilior. edidere, praemissa editioni corpor. iur. canonici.

[19] Epist. X. ad Samuel: Vvardum cum responsione Vvardi, apud Cleric. Bibliothec. univers. tom. II. p. 242.

[20] De emendat. Gratian.

[21] Prolegomen. & not. ad Ant. Augustin. de eman- dat. Gratian.

[22] In sele&. Hist. Eccles. capitib. & ad pend. ad diff. XXI. Saec. I.

[23] Praef. ad Codic. canon. Eccles. primitiv.

[24] Relation. historic. de collect. canon. praemiss. codic. canon. Eccles. uni- vers.

[25] Supplem. ad Sagittar. introdu&. Histor. Eccles. p. 728. seq.

[26] In Bibliothec. Graec. tom. XI.

satis proposito muneri per omnia fecisse videantur. Complures enim pleraque falsa, vulgaria non pauca obtrudere haud veriti sunt : permulta vero, quae erant pertractanda, praetermisere. Alii autem melior rem praebuere operam ; sed aut prolixitas, aut nimia verbositas, aut brevitas, enataque inde obscuritas impedimento fuit, quo minus ad summum pervenisse, bonique scriptoris menus per omnia persequuti videantur. Multi tandem haud infeliciter spartam hanc exornarunt : at quaedam peccarunt, plura pro dignitate non explicuere, multa nequam animadvertere, non pauca exiliter atque huius pertractarunt, quae poterant uberioris enucleatiusque expediri ; ordinem scopo parum aptum adhibuere tironumque commodo minime prospexere. Nihil porro praestantium virorum laudibus detractum tri cupio : multa ii egerunt, sed non dum peregerunt, & nostra quoque aetas multum futurae relinquet.

Non itaque inanem, nec ab instituti mei ratione alienam provinciam suscepi in hac Canonici iuris historia conscribenda. Habet ea dilucidam distinctionemque scribendi rationem, & a nemine ad hanc diem adhibitam. Quumque nemo omnia, multi multa, omnes omnia possint; clarissimorum in re ecclesiastica virorum sententias, & opiniones enarravi, nedum excussum : unoque veritatis studio ductus, alias probavi, magisque exornavi, quasdam reiecti, de nonnullis amplius deliberandum censui. Meam quoque symbolam pastum contuli, ne alieno scribere periculo viderer. Critics usum ad artis regulas exactum ubique adhibui ; quantumque licuit, etiam MSS. codicum auctoritate usus sum. Optandum equidem fuit, ut opportunus adhibendorum veterum numismatum, inscriptionumque locus mihi offerretur, quibus peramoenis utilissimisque studiis

diis haud ita mediocriter oblector (27). Tenenda enim antiquitas, perspecte Erasmus (28) inquit, quae non modo ex vetustis auctoribus, verum etiam e numismatis priscis, e titulis, saxisque colligitur. Brevitati porro, rerumque delectui omni cura studui; multitudo namque tironum mentem, ad quos meus hic labor tendit, obruit, absterretque potius, quam instruit. Complures demum haud vulgares observationes, adnotacionesque non raro interserui, melioreisque cuiusparti rei scriptores consulto laudavi, praesertim eos, qui ex instituto peculiare aliquod argumentum inseguuntur sunt, ut & ii adiri ab illis possint, qui sicut suam largius explere student, mithique sermonis compendio proclivius prospicere fas esset.

Vos igitur, optimae spei iuvenes, primum, quod in usus vestros fisto, laborum meorum specimen, aequo animo accipite; eoque iam perspecto, ad canonicam tandem iurisprudentiam, qua nihil ex omnibus rebus humanis est aut praecarius, aut praestantius, omni studio, animique labore contendite. Meliores vero labores, ad quos iam dudum animum adieci, si oculum viresque Superi sufficerint, praestolemini. Interim ita vestram probate operam, ut publicam in felicitatem adolescentis, quae maximam partem in-

fa-

[27] Usus veterum numismatum in re quoque ecclesiastica est valde commendandus. Conf. Valent. Ernest. Laescher. Diatriba de numar. rei usu in histor. numar. eccles. &c. diff. de rei usu in explanat. Sacq. antiquit. Hinc Baronius², Tillenontius, Pagius, Mabillonius Sarnelli³, Bachinius, aliquique viri in primis clarissimi numis in re-

bus ecclesiasticis passim u. Idem de veteribus inscriptionibus dicendum, quorum praefidio complura in rebus ecclesiasticis illustrarunt, quum alii, tum Panninius, Muratorius & Blanchinus, cuius eruditissima praefatio ad Analtasii Bibliothecarii vitas Pontificum legi meretur.

[28] De ration. initia. disciplin. in pr.

sapientum virorum copia est posita , vosque pulcherrima foveat ipes , rem christianorum publicam in partibus eius vobis credendis aliquando adiuvari posse . Quod si exitu , ut a vobis deposito , comprobatum videro , voti composero , ac uberrimum operae fructum consequutus videbor . Scribeb . in Salernit . Archiepiscop . eod . IV . Kalend . April . ann . aerae christiana MDCCLXIIIL



HISTORIA IVRIS CANONICI

In usum Seminarii Salernitani.



VVM praecipua cuiusque rei pars principium sit , quo probe non perspecto , perpetuo caligare necesse est , ipsamque rem perficiat eorum omnium notitia , quae ad eamdem omnibus numeris absolvendam sunt comparata ; ictice canonici iuris historiam explicaturo mihi tam scribendi rationem instituendam arbitror , ut prius ipsius iuris originem , statumque generatim referam ; deinde fontes aperiam , e quibus defluxit ; tum rerum gestarum seriem a primis christiani nominis exordiis ad nostra usque tempora perductam , in tres epochas scopo nostro admodum atissimas , accensa chronologiae facula , exhibebo . Prima excurset ab ipsis Ecclesiae incunabulis ad Constantimum M. ; quam *epocham iuris canonici antiquissimi* iure meritoque dices . Secunda vero a Constantino ad Gratianum : quae *epocha iuris canonici veteris* adpellari commode potest . Tertia demum a Gratiano ad nostra tempora procedet : quam *epocham iuris canonici novi* nuncupare licet . Huic ordini insistens , primum canonici iuris faciem quum in oriente , tum occidente ab Ecclesiae primordiis ad Constantimum exponam exinde a Constantino ad Gratianum ; tandemque a Gratiano ad nostra tempora persequar . Ne autem quidquam intactum videar praeterire , quod ad susceptam semel provinciam pertineat , mantissam subiiciam , in qua primum de deperditis , aut ineditis canonum collectionibus Graecis ; subinde de amissis

26 CAP. I. DE ORIG. IVR. CANONICI

amissis, ineditis & collectionibus Latinis; mox de Bibliotheca iuris canonici veteris Vöelli, & Iustelli; ac postremo de Synodico M. Guil. Beveregii disseram. Sed iam propositam mihi spartam, omni praecisa mora, adgrediamur.

C A P. I.
DE ORIGINE IVRIS CANONICI, EIVSQUE
STATV GENERATIM.

S. I. Ca-
nonici iu-
ris origo.

Origo iuris canonici ab ipso Christo est arcessenda; qui evangelica Ecclesiae Legge statuta, universae Ecclesiae principi Petro compiam fecit legis interpretandae, occultarum sublimiumque rerum declarandarum, novarumque pro re nata legum preferendarum. Quod proclive conficitur ex eodem Servatore nostro apud Lucam (1): οὐκεῖς ὑπερ, εἴπει ἀκούει, καὶ οὐ αἰσταντεῖς, εἴπει αἰστεῖς qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit. Audire Latinis est iubenti parere, quo sensu hic accipitur, itidemque apud Tullium (2), Nepotem (3), Apuleium (4), aliosque. Tantidem est Graecum οὐκεῖς, ut ex Diodoro Siculo (5), Demosthene (6), & Pythio oraculo Soloni dato, demonstrat Th. Gatakerus (7). Idem quoque Hebraicum יְהוָה Sciamah significare, iam compertum est. Hanc Petro, eiusque successoribus a Christo collatam potestate, innumera adstruunt solidissima argumenta. Conferunt Bellarminus, Panvinius, Duvallina, Habert, Agricola, Bzovius, ac plerique omnes (8).

S. II. Apo-
stoli, &
successores
potestate fi-
bi a Chri-
sto collata

¶. X, 16.

[1] Famili. lib. xi. epist. 2.

[2] In Lysandr. cap. x.

[3] In Apolog.

[4] Apud Phot. Cod. CCXLIV.

[5] Adv. Leptin.

[6] Diff. de noy, Testament.

¶. cap. IV.

[7] Hos, aliosque eruditos, qui Summi Pontificis dignitatem, iuraque vindicant, collegit Io. Th. de Roccalberti in Biblioteca maxim. Pontific.

sunt. Enata namque primis nascentis Ecclesiae exordiis controversia , num fideles circumcisionis lege , Mosaicisque caeremoniis obstringerentur, Petrus accepit Apostolis, atque senioribus (quod primum Concilium Hierosolymae an. LI. habitum, aestimat Baronius (9)) decrevit, Fideles circumcisione, Mosaisque caeremoniis solutos esse , iisque abstinentium ab Idolothytis, sanguine, suffocato, & fornicatione. Actor. XV. (10) Hanc eamdem potestatem Petri successores constantissime exercuisse ; ecclesiastica omnium temporum historia penitus evincit. At vero prioribus tribus saeculis raro ea usi ; tum quia in usum convenire , furente persecutionum rabie , haud ita frequenter licuit ; tum quod numquam ferme oportuit : Fideles enim ob recentem Christi memoriam exemplumque Apostolorum , ad rectam vitae rationem mores componebant suos (11).

§. III. Tribus prioribus saeculis ad Nicaenam usque Synodum I., non nisi Sacra Scriptura, & Apostolicis traditionibus usa Ecclesia est . Sic in controversia paschali, utraque pars traditionibus Apostolorum, altera D. Petri, & Pauli, altera Ioannis , ac Philippi ad sententiam suam adstruendam usa est : quod ex Euseb. (12) liquet. Pariter Clemens Alexandrinus (13) se impulsu a familiaribus suis, ut traditiones , quas a vetustioribus presbyteris de paschate acceperat , scriptas posteris mandaret. Am-

bigi
Quo iure
prioribus
saeculis fi-
deles usa

[9] Annal. Eccles. ad an. LI.
[10] In quo consisteret decreti huiusc obligatio abstinenti sanguine, & suffocato, & quamdiu in Ecclesia steterit, disputant in primis Curcelleus Diatrib. de usu sanguin., & Spencet. diss. in Act. XV. 20.

[11] Quam pulcherrima vitaque sanctuonia praestans sicut prioribus saeculis fidei vitæ saeclo & Conf.

Fleury de morib. Christian. Edvvard. Vyat. diss. de pietat. caritat. & politia antiquor. temp., & primor. Christianor. Guili. Cave in primitivo Christianismo. Gotfrid. Arnold. delineat. primor. Christianor. Paganin. Gaudent. de vit. Christianor. ant. tempor. Constantini. cetero que.

[12] Hist. Eccles. V. 23., & 24.
[13] Lib. de Pascha IV. 3.

bigi porro nequit, quin singulae ecclesiae ab Apostolis institutae, aliquas ab iis traditiones, atque regulas acceperint, quas in re ecclesiastica gerenda observarent. Admodum pauci fuere canones, quoniam per pauca concilia celebrata sunt. Sic saeculo primo habitum Concilium Hierosolymitanum, de quo superius dictum. Saeculo secundo sacri quidam conventus habiti in Asia, Syria, Palaestina, in Occidente, Romae, & in Gallia, contra Montanistas, & Cataphrypas, deque celebrandi paschatis controversia. Medio fere saeculo tertio Romae contra Novatum, eiusque sectatores habita synodus, in qua tamen nulli editi sunt canones, sed δογμα istius refert Eusebius (14). Aliae quoque eodem saeculo habitae synodi in Africa, Asia, & Oriente, sed nec in hisce canones instituti, in codicem coniecti sunt. Primi autem canones, qui codici inserti sunt, fuere Ancyraei, Neocaesarienses, Laodiceni, Gangrenses, Antiocheni, Nicaeni, & C Politani (15), ut infra cap. IV. §. II. dicemus.

§. IV. Canonis, & constitutiones ad saec. XII. Dogmata moreisque spectarunt.

§. IV. Post Synodum Nicaenum I. Scripturae, & Apostolicis traditionibus accessere *Canones concilio-rum*, inque Conciliis uterque codex in medio positus, quo de dogmatibus, ritibusque iudicaretur. Canonibus, eorumque collectionibus subinde *Decretum Pontificum* primus adiunxit sexto ineunte saeculo Dionylius Exiguus: tandemque eorumdem *Decretales epistolas* primus cum canonibus colligit septimo declinante saeculo Cresconius. Ita inde usque a concilio Nicaensi duplici iure Ecclesia usâ est, *Divino*, quod sacris litteris, & *Canonico*, quod canonum collectionibus continetur. Conciliorum autem canones, Pontificumque constitutiones per duodecim priora saecula, tantum christianaæ Fidei dogmata,

[14] Hist. Eccles. VI. 3.

[15] Vid., si licet, Iust. Henrig. Boehmer. in dissertationib. iuris eccles. antiqu. ad Plin.

mo-nium secundum, & Tertull., & Tassium, in origi-nib. iur. eccles.

moresque fidelium speciarunt; nihilque de iudiciis privatorumque iure, quod maximam partem ab iure Romano est, decrevere. At saeculo XII. inducti sunt externi fori iudicarii ritus: tumque coepere Pontificum rescripta, conciliorumque canones iudicarum ordinem, externique fori cauñas spe-
tare.

C A P. II.

DE FONTIBVS IVRIS CANONICI.

§. I. **A** Enarrata iuris canonici origine ad eius fontes pandendos abscedamus. Ius ergo canonicum divinis litteris, Summis Pontificibus, Conciliis, catholicis Patribus, & civili iure fluxit. Primus fons est sacrum Foedus, tam vetus, quam novum; itemque ius non scriptum, sive traditio. Plurima quidem in ecclesiasticis occurunt legibus, quae sacrarum litterarum verba, atque sententias praeferrunt: qua de re conferantur Petrus Guenois (1), & Io: Nicivellenis (2). Ab eadem origine arcessita moralia praecepta; itemque complures ecclesiasticae constitutiones, teste Innocentio III. (3). Qui vero utriusque Foederis notitiam, quae iuris ecclesiastici studioso est opus, comparare studet, is adeat prae ceteris Huetium (4), Lamy (5), Serarium (6), Bellarminum (7), Walthon (8), Iac. de la Haye (9), Se hensem (10), Frassen (11), Graveson (12), Canum (13), & ad captum canonici iuris, Io: Doviat (14).

S. I. Fon-
tes cano-
nici iur-
ris.

§. II. Alter vero fons Romanorum Pontificum

B 2 con-

[1] In corpori iur. canonici.

[9] In prolegomen. praefix.

[2] In libro inscripto „Con-
cordia.“

[10] In Bibliothec. Sanctorum
tom. 1. suaæ Bibliaæ Maxime

[3] Cap. XXVI. de accusat.

[11] De Sacr. Scriptur.

[4] In Demonstrat. evangcl.

[12] De Sacr. Scriptur.

[5] In Apparat. Biblic.

[13] De loc. Theologic. 1. 1.

[6] In prolegomen. Biblic.

[14] Praenot. Canonici. 1.

[7] De Verbo Dei.

[8] In Apparat. Biblico.

S. II. De
constitu-
tionibus
Pontificū

constitutionibus continetur. Eae in *generales*, & *speciales* dispeſcuntur Generalium constitutionum ſpecies duae *Decreta*, & *Decretales epiftolae*. Decreta di- cuntur, quae ſponte ſua, fīe motu proprio Summus Pontifex iubet. Decretales autem ſunt conſtitu- tiones ad Praelatorum, privatorumque hominum re- lationes emiſſae, quae & *reſponſa*, & *reſcripta* nuncu- pantur. Speciales porro conſtitu- tiones ſunt, quae ſupplicantium cauſa in rebus p̄ re nata emer- gentibus aliquid fieri ſcifunt; nec ſunt ad exemplum pertrahendae. Hae adpellantur *Diplomata*, quod in duas contrahi plicas ſoleant membranae, quibus conſribuntur; itidemque *Bullae*, a ſigno iis appenſo, & *Brevia*, quae eo à Bullis diſtant, quod brevioribus membranis ſcribuntur (15).

S. III. Ge-
nuinae
Pontificum
epiftolae
per tria
priora fac-
cula.

§. III. Iam vero Romani Pontifices iam inde a primo Eccleſiae ſaeculo ad noſtra uſque tempora de- cretales epiftolas edidere, quibus Eccleſiis, Epifco- pis, aut synodis, de fide, vel disciplina eccleſiaſtica conſulentibus reſpondebant. Eſt tamen, cur quiſpiam edaci temporī ſuecenseat, quod tot, tantaque monu- menta interciderit. Sub exitum ſaeculi primi conſultus Clemens I. Epiftolam ad Corinthios dedit; cuius Irenaeus (16), Dionyſius Corinthiorum Epi- scopus (17), Epiphanius (18), Hieronymus (19), aliique meminere. Eam Latine ad fidem vetuſtissimi MS. Bibliothecae Regis Angliae evulgavit Patricius Iunius (20). Eamdem cum fecunda epiftola ad Co- rinthios edidit Cotelarius (21). Viſtor I. Epiftolam in

[15] Varia veteris Eccleſiae epiftolarum genera enar- tant Ferrarius diſſ. de an- tiquo Eccleſiae epiftolar. ge- nere. Lupus ad Terull. de praefcript. cap. XX., aliique.

[16] Adv. Haeret. III, 3.

[17] Apud Euseb. H.E. IV, 23.

[18] Haeret. XXVII.

[19] De vir. illuſtrib. cap. XIV,

[20] Oxon. MDXXXIII.
[21] PP. Apostolic. tom. I. Se- cundam epiftolam ad Cor- inthios quidam Clementi tribuunt; at ab eo abindicat Grot. epift. CLIV. ad Gall. quamvis non diffiteatur eſ- fe primi ſaeculi opus.

[22] Hist. Eccles. V, 23.

in paschali controversia depromisit, cuius meminit Eusebius (22). Cornelius P. tres dedit epistolas, duas ad Cyprianum, inque eius epistolis leguntur, alteram ad Fabium Episcopum Antiochenum, quam servavit Eusebius (23). Aliarum ab eodem Pontifice latarum, quae tamen excidere, ipse Cornelius (24), Cyprianus (25), Hieronymus (26), & Eusebius (27) mentionem intecere. Soter P. epistolam ad Corinthios scripsit, cuius meminit Dionysius Corinthiorum Episcopus (28). Fabianus quoque epistolas dedit, quas memorat Cyprianus (29), uti etiam Lucius P., cuius apud ipsum Cyprianum mentio. Stephanus I. litteras edidit, quarum alterum fragmentum exhibet Dionysius Alexandrinus Episcopus (30); alterum vero Cyprianus (31) (32). Dionysius P. Epistolam dedit adversus Sabellianos, cuius fragmentum affert Athanasius (33). Felix I. scripsit epistolam ad Maximum Alexandrinum Episcopum, cuius fragmentum laudatur in Concilio Ephesino (34).

§. IV. Atque hae sunt genuinae Pontificum epistole, qui prioribus tribus Ecclesiae saeculis vivere. Quae vero aliae feruntur, eae ad apocrypha ablegandae. Quod ad Pontifices saeculi IV. ad Siricium, et si vero proprius sit, nonnullas ab iis decretales emissas; nihilominus excidere: adeo ut trium dumtaxat Pontificum quarti saeculi ante Siricium, quaedam extant epistole. Earum duas eduxit Iulius I., alteram ad Eusebianos, quam refert Athanasius (35), alteram Socrates (36), & Epiphanius.

B 3

Scho-

S. IV. Ge-
nuinae Pō-
tificum
quarti sae-
culi epi-
stole.

- [23] Hist. Eccles. VI, 43;
- [24] In suis epistolis.
- [25] In epist.
- [26] De vir. illustrib. cap. LXXVI.
- [27] Hist. Eccles. VI, 46.
- [28] Apud Euseb. H.E. IV, 23.
- [29] Epist. LV.
- [30] Apud Euseb. H.E. VIII, 5.
- [31] Epist. LXXIV.

- [32] De epistolis Stephanii I. ad Cyprianum consulatur P. Missorius pecul. diff. Et Blondellus in Pseudo-Ildoro.
- [33] Epist. de Decretis Synodi Nicaen.
- [34] Aetion. I.
- [35] Apolog. contr. Arianos.
- [36] Hist. Eccles. II, 23.

Scholaisticus (37). Liberius P. duodecim conscripsit epistolas, quarum septem produxit Hilarius (38); quatuor ad Eusebium Vercellensem Episcopum, editit Baronius (39): duodecimam ad Orientales Episcopos, affert Socrates (40). Aliae eiusdem Pontificis Epistolae deperiere. Damasus P. Epistles octo propandit, quarum quatuor in lucem produxit Holstenius (41): duae prostant inter Hieronymi Epistles: aliae duae, nempe altera ad Episcopos Illyrici habetur Graece apud Theodoreum (42), Latine apud Epiphanius Scholaisticum (43); altera contra Apollinatum, & Timotheum prostat apud eosdem Theodoreum (44), & Epiphanius Scholaisticum (45).

§. V. Col-
lectores de-
cretalium
Rom. Pon-
tific.

Hae sunt genuinae Pontificum saeculi quarti ante Siricij decretales: quae afferuntur aliae, ~~rebus~~ redolent; praesertim, quae in Isidori Mercatoris explicatione cusa sunt: de qua opportuno agam loco. Infrequitis autem temporibus Romani Pontifices decretales pro re nata scivere. Earum plurimas evulgarunt Jac. Merlinus, Petrus Crabbe, Laurentius Surius, Dominicus Nicolinus, Severinus Binus, ac reliqui prope omnes conciliorum collectores; itemque Fr. Ioverius (46), Baronius, Bzovius, Raynaldus, ceterique Annalium scriptores. His accedant Dionysius Exiguus, Cresconius, Burchardus, Ivo, Gratianus, Bernardus Circa, Io: Gallensis, Bernardus Compostellanus, Tancredus, Raymundus Pennafortiensis, atque Bullarum, & constitutionum editores; de quibus singulia suo loco differendum. Porro ab Ant. Carafa, & Ant. de Aquino, iusu Gregorii XIV., in lucem productae Pontificum epistolae a Clemente ad Gre-

[37] Hist. Tripartit. XLVII. 29.

partit.

[38] In fragment.

[42] Hist. Eccles. II, 22.

[39] Ad an. CCCLIV. An-

[43] Hist. Eccles. V, 29.

nal. tom. III,

[44] Hist. Eccles. V, 20.

[40] Hist. Eccles. IV, 22.

[45] Hist. Eccles. IX, 25.

[41] In collect. Romana bi-

[46] Sanct. Ecclesiastic. class. III.

Gregorium VII. Omnia vero in hac re studium industriamque facile vicit Petrus Coustant, qui decretales a Clemente ad Xystum III., genuinas ab ementitis sciungendo, accurateque ad fidem MSS. castigatas, chronologico digestas ordine, eruditissimisque notationibus, & observationibus illustratas, publica luce donavit (47).

§. VI. Porro non defiere eruditis, qui in edendis, illustrandisque quorumdam Pontificum decretalibus, professam navarunt operam. Sane Leonis M. epistola extant in eius operibus, Paschas. Quesnelli observationibus illustratae. Epistolam dogmaticam ad Flavianum, CPolitanum Episcopum, aliamque ad Leonem Imp. Graece, atque Latine vulgavit Ger. Vossius (48): Gregorii I. epistolarum libri XII. inter eius opera prodiere. Pauli I. Epistolas XXXI. edidit Fr. Du Chesne (49). Epistolae sexdecim Nicolai I. iam lucem inspexere (50). Multo plures postea Baronius evolvit, ac Binius (51) evulgavit. Alexandri III. epistolas edidit Sirmondus (52). Silvestri II. epistolae CLIX. e Bibliotheca Papyrii Massoni prodiere. Innocentii III. epistolarum libros XVI., post imperfectas Guil. Sirleti, & Fr. Bosqueti collectiones, evulgavit, eximieque illustravit Steph. Baluzius (53). In has Innocentii decretales commentatus quoque est Ant. Dadin. Alteserra (54). Pii II. epistolae CCCCXXXI. & ante, & in Pontificatu scriptae, in lucem emissae sunt (55). Hadriani VI. epistolae quoque prodiere (56). Pii V. epistolarum libros V. evulgavit Franc. Goubeau. Leonis III. epistolae decem ad Carolum M., e MSS. Academiae

S. VI. Bed
cretales
quorum-
dam Pôti-
ficum il-
lustratae.

B 4

Iu-

[47] Paris. MDCCXXI. tom. x.
fol.

[52] In collect. Concilior.

[48] Ad calc. Gregor. Thau-
maturg.

[52] Oper. tom. III.

[49] Scriptor. Francic. tom.
III. p. 727. & 760.

[53] Paris. MDCLXXXII. tom.

[50] Rom. MDXLII. fol.

II. fol.

[54] Paris. MDCLXVI. fol.

[55] Norimb. MCCCCI. XXXI.

[56] Colon. MDXXXV.

Iuliae primus edidit, ac notationibus illustravit Herman. Conringius. Epistolarum volumen, quas Romani quidam Pontifices ad Galliarum Reges, Carolum Martellum, Pipinum, & Carolum M. misere, editi Jac. Gretserus (57). Idem epistolas plurium Pontificum ad Petrum Cnapheum Eutychianum, Graece, ac Latine vulgavit. Leonis X. Decretales excusae sunt ad calcem operum Leonis M. (58). Prodiere quoque constitutiones Gregorii XIII. (59); itidem que Pii IV., Pii V., & Gregorii XIII. (60)

S. VII.
Tertius
canonic
iuris fons
concilia.

S. VII. Tertius canonici iuris fons sunt concilia, quorum canonibus (61) magna jurisprudentiae pontificiae pars constat. Concilium Graece οὐαδος, & ερεδεον Hebraice בְּנֵי שָׁה, denotat coetum sacrum, Ecclesiae præsulibus constantem, ad fidem tuendam, lapsosque erigendos mores collectum. Conciliorum habendorum mos inde ab Apostolicis temporibus obtinuit. Eorum alia Regia sunt, alia Ecclesiastica. Regia constabant Episcopis, Optimatibus, & Comitibus Regni, adeo ut leges ad ecclesiasticam civilemque potestatem omnium suffragiis conderentur. Haec CPoli frequentia, in Gallia vero frequentissima fuere, Francorum enim Reges nullum maius negotium sine Episcoporum, & optimatum consilio, decernebant. Conf. Petri de Marca (62) Thomasinum (63),

[57] Ingoldaft. MDCXIII, 4.

[58] Colon. MDLXI, fol.

[59] Iugdun. MDLXXXIII, 4.

[60] Florent. MDLXXXIII, 4.

[61] Olim Synodorum canones, qui Fidei dogma spectabant, Decreta, qui vero mores Ecclesiæque disciplinam, canones, dicebantur. Sic in Iustiniani Nov. CXXXI, cap. 1. δογματα, & ταυτες disterte distinguuntur, & apud Ensebium H. E. VI, 55, ubi agitur de concilio contra Novatum, quod

Episcopi decrevere, de potestentia lapsis concedenda, δογμα vocatur, δογμα τα. γιαται των, decretum ab omnibus factum est. At posterioribus temporibus conciliorum decreta, five dogma spectarent, five ritum, canones, indiscriminatim dicta: itemque, Decreta, & capitula, ut ex concilium inscriptionibus patet.

[62] De Conc. Sacerd. & Imp. VI, 24.

(63), Baluzium (64), atque Bignonium (65).

§. VIII. Ecclesiastica porro concilia sunt, quae Sacerdotibus constant, inque iis de rebus ad Ecclesiam pertinentibus agitur. Eorum species quatuor, generalia, nationalia, provincialia, & dioecesana stant Bellarminus (66), Cabassutius (67), Doviat (68), ac reliqui prope omnes. At prae ceteris Pontifex luculentissimorum operum praeconio celebratissimus Benedictus XIV. (69) tradit, quaedam a Summis Pontificibus habita concilia, quae ad relatas Syndicorum species referri commode nequeunt; videnturque ex provincialibus, atque Dioecesaniis quodammodo mixta. Profecto iis nonnulli adfuere Episcopi, quos Romae esse accidit, ac Romani praeterea presbyteri, aliqui Ecclesiastici ordinis viri, sive Romani cleri essent, sive ex alienis dioecesibus Romanis adventassent. Eiusmodi fuere complura concilia, quorum exempla concessit Auctor libri Gallice scripti de studio Conciliior. (70)

§. IX. Iam vero generalia, sive oecumenica concilia sunt, quae universo fidelium orbe in unum accito, auctoritate Romani Pontificis congregantur. De ratione celebrandarum oecumenicarum synodorum, earumque origine, necessitate, ac auctoritate copiose, atque ornate Ios. Henichius (71), Matth. Vgonius (72), Dan. Tossanus (73), Io: Faber (74), Guil. Durandus (75), Io: Ant. Delphinus (76),

[63] Be nov. & vet. Eccles. discip. part. a. lib. III. cap. 46.

[64] Not. ad Capitul. tom. II. coll. 1028.

[65] Not. ad Marculph. I. 25.

[66] Be concil. I, 4.

[67] Notit. Eccles. saec. I. obs. de Concil. Eccles.

[68] Praenot. canon.

[69] De Synod. Dioeces. I, 1.

[70] Parol. MDCCXXXIV, 4.

[71] Diff. de auctorit. antiquis.

tatis Eccles. & Concilior.

[72] Libde omnib. ad Concilia rite ac legitime celebrand. pertinentib.

[73] De colloquiis, & Conciliis quisnam eor. usus in Ecclesia.

[74] Libello praeparator. Concilii univers. futur.

[75] De modo generalis concil. celebrand.

S.VIII.Sy-
nodor. ec-
clesiastica
species

S.IX.Con-
ciliorum
generalium
natura.

(76), Moses Amyraldus (77), ceterique Oecumenica vero concilia a Pontifice probata, in Fidei morumque negotio errare non posse, iam satis constat.

§. X. Con-

cilior. na-

tionalium

indoles.

§. X. Nationalia concilia sunt, quae a Patriarcha, vel Primate, accitis omnibus patriarchalis ditionis Archiepiscopis, atque Episcopis, celebrantur. Haec *universalia* quandoque dicta, non quoad universam Eccleiam, sed illam nationem. At ea prope semper *universalia*, & *plenaria* cum quodam modo nuncupata, quo a veris oecumenicis sciungentur, observavit Nat. Alexander (78). In nationalibus conciliis, de caussis Episcoporum, mysteriis Fidei, morumque disciplina pertractari consuevit. Sed procedente tempore, Fidei caussa universalibus conciliis, Romanoque Pontifici adservata est.

§. XI. Quid

Concilia

provincia-

lia?

§. XI. Concilia provincialia sunt, quae a Metropolitanis convocatis provinciae suae Episcopis, atque Abbatibus, celebrantur. Ea bis in anno indicenda, statuere Concilium Nicaenum (79), Chalcedonense (80), & Antiochenum (81). Postea ob barbarorum praecipue irruptiones, ea semel in anno acciri visum est, ut ex Synodo Tullana (82), liquet. Demum singulis saltem trienniis convocari statuit Concilium Lateranense sub Leone X. (83): quod ratum habuit Tridentinum (84). Quod vero maiorum caussarum cognitiones, quae ad provincialia concilia olim referebantur, Romano Pontifici reservatae sunt, istiusmodi concilia passim desuevere.

§. XII.

Concilior.

Diocecesa-

nor. na-

tura &

origo.

§. XII. Denique concilia *dioceesana*, sive *episcopalia* sunt, quae ab episcopo convocatis presbyteris,

- [76] Tract. de tractand. in Con-
- cil. OEcumenic. & in quem
- finem Patres ea differere
- conveniat.
- [77] Dissertationib. tribus I.
- De concil. origin. & necessit.
- II. De ration. Concil. convo-
- candor. III. De illor. auco-
- gite. Ext. int. eius disputa-
- tion. Salmuniens. p. 505. &
- 552.
- [78] In Saec. III. diff. XXV.
- [79] Can. V.
- [80] Can. XIX.
- [81] Can. XX.
- [82] Can. VIII.
- [83] Seff. X.
- [84] Seff. XXIV. de ref. cap. 9.

ris, & clericis suae dioeceseos, aliisque, quibus illud est adeundum, ad decernenda, quae episcopalem curam pertinent, habentur. Olim ~~presbyteria~~ dicebaptur, quod presbyteris, praefidente Episcopo, constarent (85). Aliquando concilia civilia dicta, quoniam ab Episcopo in urbe propria cum presbyteris dioeceseos cogebantur. De origine episcopalium conciliorum magnae sunt turbæ. Cellotius (86), Turrecremata (87), Guerrius (88), aliquique repetunt a Iacobo Minore, Fratre Domini dicto, quem Hierosolymitanum Episcopum fuisse, ex Clemente Alexandrino, Eusebio, Epiphanio, Chrysostomo, & Cyrillo Alexandrino demonstravit Petr. Fr. Foggini (89). Is namque ad abolendam suspicionem in Paullum obortam, concilium cum Senioribus habuit (90). At quamvis denegari nequeat, quin in eo Seniorum conventu haud obscura eluxerit episcopalnis concilii imago & veram tamen synodus non fuisse, argumento est, quod ii ad Iacobum non vocantem sponte accessere, ut Paullum inviserent, quodque tantum amice Paulum monuere, non autem decretum eduxere. Vera synodus Dioecesana omnium fortasse antiquior est, quam describit Siricius P. (91), nempe Iovinianus haeresim a se & universo clero Romano coram se simul coacto, damnatam fuisse. Quod vero pertinet ad alia concilia Dioecesana, quorum ad nos acta pervenere, vetustissima est Synodus Antisiodorensis an. DLXXVIII. Multo hac antiquiora, quorum gesta excidere, contracta sunt. Dioecesanae namque synodi ceteris antiquitate praestant; quippe primis Ecclesiae saeculis furente persequitionum aestu,

[85] Vid. Suicer. Thesaur. Eccles. voc. ~~synodus~~, & Cluad. Fontei de antiqui. iur. presbyteror. in regimin. Eccles.

[86] lib. IV, cap. 6.

[87] In summ. de Eccles. III, 3.

[88] Tra&. de Concil. cap. 7.
[89] De Roman. D. Petri itiner. & episcop. exerc. XVIII, p. 422.

[90] Conf. A&. XXI.

[91] Epist. 2, ad diuersi. Episkop.

aestu, Episcopis proclivius fuit suum coetum contrahere, quam in concilium provinciale cum aliis Coepiscopis convenire, uti scite Thomasinus (92) observavit.

§. XIII. Iam satis liquet, in conciliorum decretis Conciliis certissimam certissimamque historiae ecclesiasticae antiquitatem eccl. notitia continetur. §. XIII. Iam satis liquet, in conciliorum decretis pulcherrimam certissimamque historiae ecclesiasticae partem, five dogmata species, five disciplinam, motusque, comprehendendi. Porro praeter Oecumenica, alia concilia errare posse, quum homines sint, fuerintque ii, a quibus haberi contigit, nemo eat inficias, totque damnantium se vicissim sententiarum contrariae decisiones proclive conficiunt. Pervulgata est gravis Gregorii Nazianzeni (93) querela de infelici eiusmodi conventuum eventu, deque ~~paucitas~~, & ~~paucitas~~ Antistitum sui temporis, qui ad Synodos convenerant. Plura de hac re Launoius (94), Grotius (95), de Marca (69), Basnagijs (97), Chamier (98), aliique dabunt, qui caute, bonaque cum venia legantur.

§. XIV. Concilia porro omnis generis certatim viri ecclesiasticarum rerum scientissimi collegere, notationibusque bono lumine collokarunt. In primis stant Philip. Labbaeus, Dominic., Mansi, Ios Harduinus, Petr. Crabbe, Fr. Ioverius, Laurent., Surius, Severin. Binius, Ioach. Camerarius, Marc. Battaglinus, Guil. Cave, Fr. Coriolanus, Io: Lassenius, P. Poisson, Christ. Lupus, Mutius Pantia, Io: Cabassutius, Ludov. Thomasinus, Ludov. Bait. Edm. Richelius, Iac. Perinezzi, Io: Prideax, Emman. Schelstratenus, Io: Ludov. Ruelius, ac plerique omnes. His accedant, qui peculiaria concilia collegere. Sic Hispanica Joseph. de Auguirre, & Garf.

[92] Be nov. & vet. Eccles. discip. part. a. lib. III. cap. 73.

[93] Epist. LV. ad Procop.

[94] Epistolar. part. VI.

[95] Oper. Theologic. tom. III. p. 443. seq.

[96] de Conc. Sacerd. & Imp. VI.

[97] Hist. Eccles. X.

[98] Panstratiae catholic. XII, 10, 11, 12. & XIV, tom. II,

Gars. Loaysaeus; Gallica Sirmondus, & Baluzius;
Britannica Henric. Spelmanus, & David Wilkins
in unum contulere. Videſis omnino Struvium(99),
atque Fabricium (100).

§. XV. Quartus canonici iuris fons sunt catholici
Patres, nempe *qui in fide, & communione catholica
Ianche, sapienter, conſtanter viventes, doceentes, &
permanentes, vel mori pro Christo fideliter, vel ac-
cidi pro Christo feliciter meruerunt*, uti perbelli
inquit Vincentius Lirinenſis (101). Multas catholi-
corum Patrum ſententias in suas canonum colle-
ctiones coniecerunt Regino, Burchardus, Ivo, Gra-
tianus, aliique. Complura quoque a SS. Patribus
in decretis condendis paſſim mutuata ſunt concilia,
& Pontifices, ac nominatim Clemens III., ac Inno-
centius III. Ceterum Patrum ſententiae, etſi vi iu-
ris non potiantur, quum ii perferendarum legum
copia caruerint; insertae tamen iuri corpori a Pon-
tifice probato, vim legis adſequuntur. Ad rem Bo-
nificius VIII. (102): *noſtra, inquit, facimus, quea
probamus, & quibus noſtram impartiunt auctor-
itatem.*

§. XVI. Ad canonicum vero ius probe noſcen-
dum, cognitio Patrum, Scriptorumque ecclesiasti-
corum conſequatur, neceſſe eſt; itidemque eorum
ſcriptorum, quea genuina ſint, quea ſupposititia,
quea integra, quea interpolata. Hanc vero ſpartam
copioſe exornarunt Bellarminus, Labbaeus, Senen-
fis, Rob. Coccus, Rivetus, Nat. Alexander, Guil.
Cave, Io: Gotfrid. Olearius, Severin. Walther.
Slutetus, Gasp. Saggittarius, Th. Ittigius, Io: Alb.
Fabricius. His adiūciantur Tillemontius, Nic. le
Nourry, Du Pin, Oudin, Comebefisius, Colomesius,
Basnagius, Baronius, Ant. Pagius, Cotelerius, Gra-
be,

S. XV.
Quartus
fons iu-
ris cano-
nici.

S. XVI.
Iniungi-
tur itu-
dium Pa-
trum ſcri-
ptorumque
Ecclesiasti-
cor. inque
iis viis
criticis.

[99] In Bibliothec.iur. [101] In Commouitor.
[100] In Bibliothec. Graec. [102] Cap.XXVI.de praebend.
tom.XL in VI.

be, Clericus, Dacherius , aliquie Patres Mauro-Benedictini. Conf., si licet, Th. Ittigium *de Bibliothecis Patrum*, & Io: Andr. Bosium , qui integro prope libro, qui veteres Patres , scriptoresque ecclesiasticos recensuerunt, atque illustrarunt, persequutus est.

s. XVII. **Quintus** **canonic.** **iuris fons.** **g. XVII.** Quintus demum canonici iuris fons, civile ius est, sive à Romanis Imperatoribus, sive Francorum Regibus conditum . Complura siquidem eius iuris probavit, inque proprium usum adscivit Ecclesia, sive iudicia species, sive nuptiarum negotium. Hinc veteres canonum collectores pleraque ab iure Romano retulere . E Graecis quidem Io: Scholasticus, Photius, aliquie permulti ~~romonaropos~~, hoc est canonum, legumque civilium collationes memoriae prodidere. E Latinis autem Regino, Ivo, Gratianus, Raymundus Pennafortiensis satis multa e sententia Pauli, Codice Theodosiano, Pandectis, Codice, Novellis, ac institutionibus Iustiniani, Regumque Francorum Capitularibus, passim repetiere. Per multa quoque ecclesiastica disciplinam spectantia ab iure Romano in canonicum irrepsero. Pontifices namque Decretalium conditores, iurisprudentiae Romanae peritisissimi, quamplurimis regulis, atque definitionibus e sanctiori iurisprudentia susceptis, pontificium ius explorere: quod iam observarunt Ant. Contius, Scipio Gentilis, Berous, ac universi iuris post hominum memoriam consultissimus Iac. Cuiaciun, cuius testimonia exscripsit Ian. Vincentius Gravina (103). Sic Gelasius I., Caelestinus III., Lucius III., Gregorius IX., & qui maxime omnium Romano iure usi sunt, Gregorius M., Innocentius III., & Alexander III., plurima a Romano iure, ad decernendam Ecclesiae disciplinam, sedandasque controversias, mutuati sunt.

C A P . III,

DE STATV IVRIS CANONICI IN ORIEN-
TE AC OCCIDENTE AB ECCLESIAE
INITIIS AD CONSTANTINVM M.

§. I. **A** B expansis canonicae iurisprudentiae fontibus, ad eius faciem pernoscendam, ab ipsis Ecclesiae primordiis tam in Oriente, quam Occidente, ad Constantimum M., abscedere par est. Prioribus tribus saeculis Scriptura, ac iure non scripto, sive traditione Ecclesia regehatur. Post Nicaeensem autem Synodum, & iure *Divino*, quod sacris Litteris, & *ecclesiastico*, quod canonum collectionibus comprehensum est, uti coepit. Iam vero nullam tribus iis saeculis canonum collectionem cononnatam, ex scriptarum legum paucitate, diro persequutionum aestu, recta fidelium illorum vitae ratione, asequi facile potest. Idem pariter ostenditur ex arcani disciplina; vetustis namque Patribus, si qua disciplinae capita scripto committebant, ne in vulgus ethnicorum, & catechumenorum exiret, maximae curae fuit (1).

§. II. Verum post saeculum tertium, in Oriente ubi ~~cepit~~ Religio, prioraque concilia habita sunt, canonum collectiones prodiere (2). Satius hic erit, primum enarrare canonum collectiones, quae *Apostolorum*, & *Clementis* nomine afferuntur, non quod hac tempestate prodierint, sed quoniam constitutio-nes iis insertae maximam redolent vetustatem, disciplinamque trium priorum saeculorum praefe-runt. Prima itaque praescribitur Συναγωγὴ τῶν ἀγίων Αποστόλων διὰ Κλεμέντου, *Collectio canonum SS. Apostolorum per Clementem*. De eius auctore mi-

*s.i. Stat
tus iuri
canonici
prioribus
saeculis.*

*s.ii. Col-
lectio ca-
nonum A-
postolico-
rum apo-
crypha.*

[1] Consule Emman. Schel-
litraten. diss. de disciplin. ar-
canis.

[2] Usus colligendorum cas-

nonum ab Orientalibus
coepit; & ab iis ad Occiden-
tales brevi manavit.

ra eruditorum discrepantia . Senensis (3) , Possevina (4) , Lindanus (5) , Gruterus (6) , Lorinus (7) , ac in primis Franc.Turrianus (8) , & Ant.Constantin.a Castro-villarum(9) Apostolicos hosce canones ab Apostolis perlatos , & a Clemente I.R.P. in unum congregatos , acerrime contendunt . Sed Turrianum istius sententiae ducem Io:Dallaeus(10) refutavit . Contra Beveregius (11) , Albaspinacaeus (12) , Schelstratenus (13) , de Marca (14) , Goteleius (15) Blondellus(16) , Ant. Pagius (17) , Vfferius (18) , Th. Brunus (19) , Petr. Gunning (20) , Pearsonius (21) , Io: Paullus Hebenstreitius (22) , Io: Guil. Janus (23) , Rivetus (24) , Hammondus (25) Cocus (26) , ceterique , canones Apostolicos apocryphos , hoc est a censu canonico-rum librorum expunctos , luculenter demonstrarunt .

S. III. De²
monstra-
tar colle-
& ionem
canonum
Apostoli-
cor. apo-
crypham
effe.
§. III. Hanc sententiam quum pleraque , tum haec maxime sustinent argumenta . I. si canones non sunt , neque fuere umquam in numero canonicorum Sacrae Scripturae librorum , in quem effent referendi , si genuinum esset Apostolorum opus . II. Eorum nuf-

- [3] Bibliothec.sanct. in Clement.
- [4] Apparat.sacr.in Clement.
- [5] In praef.Panoplia.
- [6] In praef.oper.Clement.
- [7] In A&t. Apostolor.cap.XV.
- [8] Pro Canonib.& Constitut. Apostolic.toto lib.X.
- [9] Diff. historico-Chronolo-gico-Bogmatic pro quin-quaginta canonib. Apostol.
- [10] De pseudograph.Apo-stolicall. capitib.XX.
- [11] In iudicio de canonib. Apostolic.
- [12] Obs.Eccles. 1, 13.
- [13] Antiquit.illustrat.p.263.
- [14] De concord. Sacerd. & Imp. III, 22.
- [15] In iudicio de canonib. Apostolic. Petr. Apostolic. cum. &c.
- [16] Apolog.pro sentent.Hieronym. de episcopat. presbyter. p.317.
- [17] Critic.Baronian. ad ann. 100. & n.9. seqq.
- [18] Diff.de scriptis Ignatii.
- [19] In iudic. de auctor. canyn. & Constit. Apostolic. Ext.inter fratres Apostolicos Cotelerii , a Clerico editos tom. II. p.177.
- [20] De ieiunio Antepaschal. p. 40.
- [21] In vindic. Ignatii 1, 4.
- [22] Diff.historico-chronolo-gico-dogmat. de Apostolic. canon.autorit. & antiquit.
- [23] Diff.de antiquit. canon. Apostolicor.
- [24] In Critic. 1, 1.
- [25] De iurib. Episcopat.
- [26] In censu. vng. Scriptor.

nusquam meminere Ecclesiae Patres (27), ne si quidem, quibus eorum laudandorum se se tam dederat occasio; & quorum plurimum intererat, eos in sententiam suam urgere. Sic nullam eorum mentionem habent Eusebius (28), Hieronymus (29), & Athanasius (30), qui Apostolorum & Clementis opera diligenter enarrant; itemque Patres, qui de observatione paschatis, haereticorum baptismō, Sabbati feuiō, ac poenitentiam receptione, disputarunt. **III.** Multa complectuntur tam perspicue dilucideque explicata, ut ambigi de eorum sententia nequeat; quem tamen tertio, quartoque saeculo in controversiam, disceptationemque vocata. Et vero canones Aposto-

C. lici

[27] Zephirini. P. quirann. CLXXXVIII. sedit v epistolam ad Episcopos Sicilias, apud Gratian. can. 2, dist. 26, quae Apostolicorum canonum meminit; & maledicitorum Iudicio confitit, id argumento est, quod Leo IV. ep. ad Episcop. Britann. eam non recenscat inter verum Pontificum decretalia, quae in Romana cum Ecclesia extabant. Ab eodem impositore ementigae Alexandri, Iulii, Eleutherii, Macelli, Fabiani, Eusebii, aliorumque Pontificum Siricio antiquorum decretales, quas inculta in sententiam suam urget Turrianus. Porro Senensis Bibliothec. Sanct. Rom. lib. in Clement., Bettarini. de Scriptorib. Eccles., & Bofsevin Apparatus, facr. in Clement. confidenter adframt, a Tertulliano lib. adv. Praxeam scribi, canones Apostolorum esse novis per manus traditos; atque ab Athanasio in Synopsi in-

ter εγγραφα numerari. Sed testimonium, quod Tertulliano affingunt, nec in libro Praxeam, nec ullo alio eius scripto extat. Quin Apostolicos canones Tertullianus propris iugendis, ostendit Mafriani Hist. iux. cap. nonic. n. CLXXI. Synopsis vero Athanasio perpetam adscribitur, neque in ea. Apud stolicum canum expresa occurrat mentio, nisi forte sub generali Κανόνεσσι nominata tamen Author synopsis non εγγραφα sed, εγγραφαι accentet. E. Clementis enim nihil, praeter epistolam ad Corinth. Veteribus probatum. Euseb. H. E. III. 35. Hieronym. in catalog. viator. illustr. Clemens Alexandrin. γραμματων, lib. I., IV., & VI. In nazus adv. haer. III, 3. & alibi.

[28] Hist. Eccles. III, 25.

[29] in catalog. Scriptor. Eccles. in Clement..

[30] in Synopsis facr. Scriptor. Cognit. infra not. ad §. I.

lici XLV., XLVI., & XLVIII. baptismum ab haereticis collatum inanem decernunt. At vero in controyersia, quae de baptismo ab haereticis collati vi, tertio Christiani nominis saeculo, inter Stephanum L. & Africanos Episcopos (31) exarsit, nulla eorum mentio. Africani siquidem Patres, qui haeterodoxorum baptisma consistere negabant, argumenta uniuersa scriti sunt, ut suam vindicarent sententiam; & nihilominus ad canones illos numquam provocarunt, quibus praecipuum, ac vete decretorum sententiae suae accedebat argumentum: maxime, quum tis aduersans Apostolorum traditio a Stephano obliqueretur, ipisque Africani Episcopi Apostolicam traditionem non raro urgeant. Ecquis autem credat, in dubium evocanda esse, quae ab Apostolis cauta fuissent? An adeo rudes eorum retro temporum fure Patres, ut Apostolicos illos canones, si extitissent, continuo non produxisserent? Praeterea canon Apostolicus VII. poenam in eos statuit, qui pascha cum Iudeis celebrant. At in controyersia de celebrando paschate, quae inter Victorem P., & Asiaticos Antistites saeculo secundo est instituta (32), numquam canon ille obiectus est. Asiatici enim quadragesima luna, qua die Iudei etiam celebrarunt, pascha peragendum contendebant; Victor contra non nisi Dominicæ resurrectionis die habendum ad-

fir-

[31] Controversiam de baptismo haereticorum tertio saeculo habitam, fuse narrant Thomasius, diss. in Synodos sub Stephano P. in causa baptismi haeret., Nat. Alexander. in saec. III. tot. artic. V. Schelstraten. in Antiquit. illustrat., Ziegler. diss. de baptismo non iterando, Berti de theologici disciplin. tom. III. Bevereg. codic. canon. Eccles. primitiv. vindic. & illustrat.

[32] Conf. de hac re Thomas fin. diff. in Synod. sub Victor. P. de obi. paschat., Iacob. Gothofr. in Cod. Theod. lib. II. tit. VIII. de feriis, Brissone comm. p. 1. Dominico C. Theod. de spectac. & fer., Bingham. origin. Eccles. XX. §. Suicer. thes. Eccles. tom. I. p. 304. & tom. II. p. 1014. Viser. ad epistol. Ignat. cap. IX., & Severeg. codic. can. Eccles. primit. illustr. & vindic.

firmabat. Et veri speciem haud praefert, Asiaticos in contrariam sententiam disputaturos, nec Apostolico decreto obviam ituros, si canon ille extitisset. Demum canones Apostolici XXI., XXII., & XXIII. severis poenis eos coercent, qui se ipsi evirant. At enim, nec Demetrius Patriarcha Alexandrinus, qui circa an. CCVIII. Origenem, qui sponte se abscederat, nec Epiphanius (33), qui Valesios virilia sibi amputantes, acerbe infectati sunt, eorum canonum uspiam meminere. IV. Multa habent Apostolorum aevo penitus ignota, & ab inseguuntis Patribus primum constituta: quod eiusmodi canones perlegenti abunde liquet. V. Demum veteribus tam Graecis, quam Latinis Apostolici canones sublestae fidei fuere. E Graecis canones Apostolicos, a quibusdam dubios habitos, scribit Photius (34): ει και τινες αυτως αμφιβολως δια τινας αιτιας πυνθαντο, etiam si nonnulli quibusdam causis moti, eos pro dubiis habuerint. Quin horum censu ipse fuit Photius; is namque Apostolicos a se collectos canones non dicit ταςτων αγιων Αποστολων κανονες, SS. Apostolorum canones, sed αιλεγομεν οι των αγιων Αποστων δια Κλημεντος κανονες, canones, qui dicuntur Apostolorum per Clementem. Concilium Trullanum (25) hosce canones, non quidem inter canonicos Scripturae libros, sed inter reliquos ab Ecclesia recipiendos canones confirmavit, & quidem Apostolorum nomine. Vnde nihil est, cur vir mordacissimus Io: Clericus Trullanos Patres tamquam rudes traducat. Et quamquam Io: Damascenus (36) Apostolicos canones in numerum Sacrae Scripturae librorum retulerit; id tamen inconsulte ab eo factum, scite monet Baronius (37). E Latinis Dionysius Exiguus (38) memoriae prodit, huiusmodi canonibus plurimos consensum non praebuisse faci-

C 2 lem

[33] Haeres. LVIII.

[37] Ad an. Cll. Annal. tom. I.

[34] In praef. nomocanon.

[38] Praef. collection, suae

[35] Can. I.

Praeposit.

[36] De Fid. Orthodox. IV, 18.

Iem. Hincmarus Metropolita Remensis (39) scribit, eos canones non ab Apostolis conscriptos credi. Ilidorus Mercator (40) *apocryphos*, hoc est a censu canonorum librorum expunctos; a quibusdam dici tradit. Idem Leonem IV. (41) sensisse, inde palam fit, quod eos non *Apostolorum*, sed *canones qui dicuntur Apostolorum* vocat. Hoc idem de Fulgentio Fetrando, & Martino Bracarensi dices, qui eos numquam in suis canonum collectionibus laudant. Exerte vero Rhaterius Veronensis (42): *in canonibus Apostolorum*, inquit, *si tamen eos ut apocryphos non respici*?

S. IV. A
quo cano-
nes Apo-
stolici con-
stituti

¶ IV. Habes ergo, cur putas canones Apostolici pseudepigraphos esse. Quis vero eorum auctor fuerit, & num unus, an plures, difficile est statuere. Turrianus (43) ab Apostolis conditos; & Dallaeus (44) eos omnes spurius, & ab haeretico suppositos adfimantes, a veri specie quam maxime ab ludunt. Rectissime Albaspinaeus (45), Du Pin (46), & Beveregius (47) arbitrantur, Apostolicos canones non uno, sed diversis auctoriis, temporibus, atque locis conditos fuisse a viris Apostolicis, Apostolorumque successoribus: quod inter veteres haud obscure fassus est unus omnium sua aetae ecclesiasticarum legum scientissimas, Hincmarus Remensis (48). Et vero apud autores, qui Apostolicorum canonum meminere, non unus est constans canonum numerus, & ex toto canonum corpore adparet, alios primo, alios secundo, alios tertio saeculo conditos fuisse; quorum nonnulli controver- fias

[39] In opusc. LV. capit. con-
tr. Hincmar. Lauduensi.
cap. XXIV.

p. 171.

[40] Praef. collectioni suae
Praefix.

[41] Cit. loc.

[42] Laud. loc.

[41] In epist. ad Episcop.
Britann.

[43] Obsol., 13.

[42] Ad Hubert. Parmensi.
Spicilegium Dacherian. tom. II.

[44] Biblioth. Eccles. tom. x.
[45] In codic. can. Eccles. pri-
mit. l. a.

[46] Opuscul. LV. Capitul. cap.

XXIV.

sias variis saeculis ortas dirimunt. Diversis vero locis conditos fuisse, ipsi canones ostendunt. Canonem XXXVII. a Conciliis Asianis statutum, mensis Hyperberetae, h. e. Octobris (49) nomen evincit. Canonem VII. ab iisdem statutum non fuisse, eorum a Polycarpo, immo ab ipso, ut aiebant, Ioanne, recepta paschatis celebratio arguit.

§. V. Conditi autem fuere ab Apostolicis, catholicisque Episcopis primo, secundo, tertioque saeculo; nihilque sunt aliud canones, qui *Apostolorum* dicuntur, quam decreta quaedam Conciliorum per tria priora saecula diversis temporibus, locisque habitorum. Vnde Ecclesiast. cam praelertim secundi, tertiique saeculi disciplinam, quae in Oriente obtinuit, exhibent; habentque permulta, quae frustra apud alios Scriptores quaeruntur. Nuncupati autem canones *Apostolici*, non ab ipsis Apostolis, sed ab Apostolicis Episcopis eorum conditoribus. Quum enim eorum nonnulli perlati essent ab Episcopis proximis Episcoporum successoribus, qui quondam non raro *Αποστολοι*, teste Theodoreto (50), & variis *Apostolici*, auctore Tertulliano (51), nominabantur, primum canones *Apostolicorum*, deinde non nullorum Latinorum oscitantia, aliquot litterarum detractione, *Apostolorum* dicti sunt. Et quamvis alii secundo, tertioque saeculo additi essent; nihilosecundus *Apostolicorum canonum* nomen retentum est, quod demum per inscitiam in *Apostolorum* abiit. Ita ingeniosius arbitratur V. C. Gabr. Albaspinaeus (52). Variis autem nominibus Apostolici canones & veteribus cognominati sunt. A Concilio Chalcedonensi (53) appellantur οι παλαιοι κανονες, antiqui canones, a Synodo C Politana (54) οι παλαιοι θεσμοι, pete-

S. V. Canones Apostolici a variis cōditi, variisque nominibus appellati.

C 3 res

[49] Conf. Conter. & Bevereg.

in canic. XXXVI. Apolol.

[50] In. z. ad Timoth. 3.

[51] De praecept. adv. haec-
zetic. cap. XXXII.

[52] Obs. 1. 13.

[53] Vid. Bevereg. in codice

can. Eccles. primit.

[54] In Synodic. ad Damasum
& Episcop. Occident.

res leges, a Synodo Antiochena (55), & D. Basilio (56) αρχαιοι κανones, antiqui canones, a Synodo Nicæna (57), Ephesina (58), Antiochena (59), & ab Athanasio (60) εκκλησιασμοι θεοποι, ecclesiasticae leges, a Cypriano (61) ecclesiasticae regulæ, a Synodo C Politana (62), a Constantino (63), & Alexandro (64) αποσολαις κανones, Apostolici canones, numquam tamen κανones των αποσολων, canones Apostolorum, nisi in Synodo Ephesina (65), ubi pro αποσολαις, Apostolorum aliquando τανται, Patrum, & fortasse rectius legitur. A Constantino vocantur etiam αποσολαις παραδοσεις. Apostolicae traditiones. Ita contendit Guili. Beveregius (67); et si magnis animis ei obstant Dailaeus (67), Larroquanus (68), Janus (69), aliisque. Horum porro Apostolicorum canonum diverse meminere Scriptores saeculi quinti, & sexti, ac nominatim Theodosius M.(70), Iustinianus Imp. (71) Dionysius Exiguus (72), Io: Antiochenus (73), aliisque.

s.VI. Quo tempore, & auctore collectio Canonum Apostoli-
corum fa-
cta?

§. VI. Quo primum tempore, atque auctore hi-
Apostolici canones in unam collectionem coa-
luerint, non satis liquet. Tucianus (74), Castrovilla-
rius

[55] Can. XXIII.

[56] In epistolis canonice ad Amphiloch. can. III. & XII.

[57] Can. I.

[58] Act. I.

[59] Vid. Bevereg. vit. oper.

[60] In epist. ad ubique Ortho-
doxos, Opp. tom. I. p. 943. &

944. & Apolog. II.

[61] De ablutione pedum. Si
tamen Cypriani est. Vid. Fa-
bricum, Senensem, aliofq.

[62] Apud Harduin. concil.

tom. II. p. 952.

[63] In epist. ad Euseb. Cae-
farens, apud ipsum Euseb.
de vit. Constant. III. 6r.

[64] In epist. ad Alexandr.
Cr. apud Theodor. H.E. I. 4.

[65] Act. VII.

[66] In iudic. de canonib. Ap-
ostolic. & codic. canon. Ec-
cles. primit. vindic. & iliu-
str. I. 3. seqq.

[67] Be pseudepigraph. Apo-
stolic. integro lib. III.

[68] In obser. ad Pearson.
Ignatii Vindic.

[69] Diss. de antiquit. canone.
Apostolic.

[70] In I. 3. Cod. de Summa
Trinitatis. IV. Huins legis

meminit Evagrius H.E. I. 12.

[71] Nov. VI. in præf. Hunc
locum praeter Beveregium

explicat Villerius diss. ad
Ignat. cap. VI. p. 37,

[72] In suo canon. codic.

[73] In sua canon. collect.

[74] Cit. loc.

rius (75), & Gal. Wisthōn (76), ebs'a Clemente Romano in unum collectos aientes, nae omnino labuntur. Hincmarus Archiepiscopus Remensis (77) opinatur, *canones, qui vocantur Apostolorum, antequam Episcopi concilia libere inciperent celebrare & devotis quibusdam collectos, idest ante an. CCCVI.*, quo Constantinus M. imperare, & Episcopi concilia liberae celebrare coeperunt. Ab hac sententia non multum abludunt Gabr. Albaspinacius (78), & Guil. Beveregius (79). Ille hariolatur, canonum Apostolicorum farraginem nil aliud fuisse, quam *Brevium, & Epitomen conciliorum, rerumque ab Episcopis sanctitarum, qui ecclesiasticas provincias ante Nicaenam Sypodium gessere*. Sed eius conjecturam, nullo innixam praesidio, aliis licet oppositis conieaturis, reicere adgressi sunt Dallaeus (80), & Maastricht (81). Beveregius vero contendit, tertio saeculo collectionem hanc factam, putatque eam *codicem canonum Ecclesiae primitiae dici posse*. Alibi autem (82) suspicatur, eiusmodi collectionem a Clemente Alexandrino confectam fuisse. At eum hac in re lapsum, inde patet, quod illius *Canon ecclesiasticus* Eusebio, Hieronymo, & Photio memoratus, peculiarem ritum, atque paschae celebranda tempus in Ecclesia probatum contra Hebraeos vindicabat; in his autem canonibus non solum varia & multiplicia, sed quaedam etiam Clementis aetate recentiora continentur. Porro Dallaeus (83), Matth. Latroquianus (84), Basnagijs (85), Ittigius (86),

C 4

Ma-

[75] Cit. loc.

[80] De pscudepigraph. Apo-

[76] Biss. Anglice scripta de

stolip. lib. III.

Constitut. apostolic.

[81] Hist. iur. canonic. num.

[77] Opusc. LV. capit. contr.

CXXXIV.

Hincmar. Landunent, cap.

[82] In nor. ad canon. ult. A-

XXIV.

stoler.

[78] Obs. 1, 2.

[83] Cit. loc.

[79] In iudic. de canonib. Apo-

[84] Cit. loc.

stolic. & Codic. canon.

[85] Ad an. CCC. §. 15. seqq.

Eccles. primit. 1, 2.

[86] Biss. de Patrib. Apo-

CAP. III. DE STATV IVR.CAN.

Maastricht (87), Io: Guil. Janus (88), aliique haereticarum partium homines contendunt collectionem canonum Apostolicorum quinto, eoque adulto saeculo ab haeretico aliquo factam, ipsosque canones spurious esse. Sed huiusc commenti signiferis Dallaeo, & Larroquano abunde fecit Guil. Beveregius (89). Iam vero Petrus de Marca (90) eiusmodi canones collectos aestimat in Concilio quodam Iconensi an. XXLVIII. pro parte Firmiliani sub Apostolorum, & Clementis nomine, ut Stephano I. Apostolorum, opponeretur auctoritas. Sed hanc coniecturam pluribus concidit Guil. Beveregius (91). Demum Fabricius (92) arbitratur, ab iis qui Eusebii temporibus non ita pridem supposuerunt Clementi Petri, & Apionis Dialogos, eodem Eusebio (93) teste, potuisse etiam ex veteribus σιδηνολογίαις, & canonicibus collectionem Apostolicorum canonum sub Clementis nomine dare, tametsi, continuo subdit, illa innotuisse, vel sub Apostolorum nomine lecta in Ecclesia non videntur ante quarti saeculi finem. Quod Fabricius inquit de huiusc collectionis auctore, vix est, ut eius hariolatio omni destituta praeedio punctum ferat; satiusque erit dicere, id assiepi in tanta obscuritate non posse. Facile autem adducor, ut probem, eam collectionem ante quarti saeculi exitum ornatam fuisse, & sub Apostolorum nomine laudatos esse canones in ea comprehensos; primus

[87] Hist. iur. Eccles. nuga. CXXXIV. seq.

[88] Diff. de antiquit. canon. Apostolic.

[89] In codic. canon. Eccles. Primit. illustr. & vindic. rot. lib. 1.

[90] De concord. Sacerdot. & Imp.

[91] In iudic. de canonib. Apostolic.

[92] Bibliothec. Graec. V. 1. S. tom. II.

[93] Hist. Eccles. III. 38: οὐδὲ καὶ ἔτερα πολυτελῆ καὶ μεγάλα συγγραμμata με τὰ αὐτὰ χθές καὶ πρώτη τινὲς προσγεγούντες δικαῖοι καὶ απίστοις διαλόγους. . . Quidam porro alia etiam opera prolixia, & copiosa sub eius nomine heri, ac nudius tertius in lucem protulerunt; puta Petri, & Apionis Dialogos. . .

namque Nectarius Patriarcha CPolitan. in Synodo CPolitano an. CCCXCIV. (94) canonem Apōstolicū LXXIV. spectans ait: *καθεις και ει αποστολικης ενοριας διαχωριστη, sicut etiam Apostolici canones designaverunt.*

§. VII: De numero Apostolicorum canonum Graecis non convenit cum Latinis & Veteres quām Graeci, tum Latini, qui horum canonum non raro meminēt, nihil de recepto eorum usū numeroque protulere, ad an. circuit. DXXV. (95) Primus apud Graecos Ioannes Scholasticus, primum Presbyter Antiochenus, exīn Patriarcha CPol. ab an. DLXIV. ad DLXXVIII. Apostolicos canones LXXXV. coniecit in *επαναγραφη των εκαπονων*. Eundem numerum Synodus Trullana an. DCLXXXI. (96) sequuta, canones LXXXV. *των εγγρων, των επιδημητων Αποστολων, SS. & glorio- forum Apostolorum*, confirmavit. Ab eo tempore universus Oriens I LXXXV. canones Apostolorum summa religione observavit. Hinc Photius, Alex., Aristenus, Simeon Magister, & Logotheta, Arsenius Monachus, Constantini. Hartenopulus, Matth. Bla- stares, aliqui canonum collectores, & Graeci ca- nonum Scholastae Zonaras, & Balsamon eundem numerum excepere. At Simeon Magister & Logotheta reçenset LXXXII., Ioseph Aegyptius, Arabi- cus canonum collector, atque interpres numerum

re-

[94] Apud Harduin. Concil. tom. I. p. 93.

[95] Zephirini Pap. anno CLXXXVIII. epistola ad Episcop. Sicil., ubi scriptum est „Septuaginta enim A. „, postoli sententias praef. „xere, praeter quam robus- redolet, errorem in numero habet. Ivo Decret. IV. 107. & Pannom. II. 105., item que Gratianus can. 2. dist. 16., Sexaginta „, Gregorius Presbyter Polycarpi III. 20.

„, quinquaginta „, legunt. In aliis libris habetur „Se- „, ptuaginta „, teste Binio Collect. Concil. tom. I. Sic ex tanta Scriptorum veritate nil certi confici potest. Por- ro *Σεπτεμβρινη των εκαπονων*, quam de Marca, aliqui Theodoritio Cyri Episcopo adscribunt, Ioanni Scholasti, qui per id tempus flo- ruit, est tribuenda. Conf. quae dicemus cap. V. §. V. [96] Can. 3.

S.VII. Nu-
merus ca-
nonum A-
postolico-
rum apud
Graecos.

reducit ad LXXXI. Pariter e Latinis horum canonum editoribus, Turrianus exhibet LXVI. (97), Io: Millius (98) LXXXV., Holoander, Hegendorfinus, Binius, Labbaeus, Harduinus, aliique LXXXIV. numerant, duodecimo nimirum & decimo tertio in unum coniunctis, & Cotelerius demum (cui pro LXXVII. & LXXVIII. est unus canon LXXIX.) afferit LXXVI.

S. VIII. Quod vero ad Latinos pertinet, in veteri codice Ecclesiae Romanae, qui ante Dionysium extitit, canones Apostolicos haud extitisse, admodum verisimile fit. Nullum etiam Apostolicorum canonum vestigium in antiquis Africanis, Hispanicis, & Gallicanis canonum collectionibus extitit, ut ex Ferrando, Codice canonum Ecclesiae Africanae, Martino Bracarensi, & Hincmaro constat. Omnia primus e Latinis Dionysius Exiguus, qui Ioannis Scholastici aequalis fuit, codicemque canonum instituit ante an. DXXV. (99) canones I. Apostolorum in suam collectionem coniecit (100). Idem canonum numerus obtinuit apud Latinos, & quidem ex Dionysiana collectione. Sic Ioannes II. qui Pontificatum initit an. DXXX. (101) in causa Contumeliosi Regen-

[97] Ad calc. Apostolic. Con-

[98] In Apostolor. & Concil. decretis Graece editis Pa-

rif. MBXL, 4.

[99] Conf. infra cap. IV. §. VIII.

[100] Non abs re Bellarminus de scriptor. Eccles. in Cle-
ment. p. 23. & Vfferius ad Ignat. epist. cap. VI. sentiunt canones Apostolicos initio tantum quinqaginta fuisse, ceterosque non multo iuniores, exinde adiectos fuisse. Quamvis Beveregius in iudic. de canonib. Apo-
stolic. §. IX. posteriores XXXV. eiusdem antiqui-

tatis, ac L. priores esse cen-
seant. Porro num in Graeco codice, quo Dionysius exiguus usus est, plures exti-
terint. Canones Apostolo-
rum, nec ne, incertum est.
Petr. de Marc. de conc. Sacer-
dot. & Imp. III. 2. ait, ceteros ab eo consulto omissos, prac-
ter certim canonem LXVI.
, Ronianis auribus ingra-
tum. Sed hariolatio-
nem hanc nec vetus ullum monumentum, nec ulla sa-
tis apposita fulcit conie&
ra. Cotelerius in iudic. de
canonib. Apostolic. PP. Apo-
stolic. tom. II. dicit, Diony-
sum

sis Episcopi inter alios urget canones Apostolicos XXV. & XXIX., & quidē ex versione Dionysiana. Zanchias P.an. DCCXL. (102) plures canones ex eadē interpretatione laudat. Leo IV. an. DCCCXLVII. (103) canonibus, quibus Romana tum Ecclesia in iudicis utebatur, primum accenset *canones Apostolorum*, & quidem quinquaginta ex Dionysii versione. Stephanus IV. in Concilio Lateranensi an. DCCLXIX. (104), e canonibus Apostolicis tantum suscipienda esse L. capita *Synodice promulgavit*, ut inquit Anastasius Bibliothecarius, qui an. DCCCLXXII. clarebat. Et Humbertus Silvae Candidae Episcopus Cardinalis, Leonis IX. Constantinopolim Legatus an. MLIX. (105) tradit, tantum *L. capitula ex canonibus Apostolorum tamquam ortodoxa retinenda effo*. Iisdem fere temporibus Urbanus II. (106) scribit, *Romanam Ecclesiam ex parte canonibus Apostolorum* uti, h.e., solos quinquaginta admittere. Eundem quinquaginta canonum numerum admittunt Cresconius Isidorus Mercator, Hadrianus I., Rabanus, Ansegiscus, Burchardus, Gratianus, ceterique Latini canonum collectores, idque ex Dionysiana versione. Quin etiam soli *L. canones Apostolorum* inveniuntur.

sum mutatum exemplar
natum fuisse. At haec con-
iectura tam levis est, ut
idem postea clarissimus vir
deteruerit: praesertim,
quoniam Dionyrium, Grae-
cis exemplaribus, usum
testetur Cassiodor. Divin.
lect. cap. XXIII. Satis qui-
dem est dicere, in tanta ob-
scuritate, ac monumento-
rum, unde id hauriri de-
bet, inopia, vix dici quid-
quam de hac re congrue
posse.

[101] In epist. ad Caesar. Ar-
ciatensis. Concil. Gall. tom. 4.
[102] In epist. ad Pipin. Reg.
& Episcop. Francor., in Bi-

nii collect. tom. III. part. I.
p. 367. & 368.

[103] In epistol. ad Episcop.
Britann.

[104] Act. IV. Edidere hoc
Concilium Harduin col-
lect. Concil. tom. III. p. 203.
Labbeus Collect. Concil.
tom. VI. p. 1723. & Holste-
nius in collect. Rom. vete-
monument. Hist. Eccles.
part. I. p. 363.

[105] In responson. ad Nicae-
nae Pectorati libellum con-
tr. Latinos.

[106] In epistol. praeposito
S. Iuventii apud Gratian.
can. 6, dicit. 34.

tur in codice canonum Ecclesiae Romanae , a Io: Wendelstino edito (107), & in veteri canonum codice , quem Wigorniensi Ecclesiae Dunstanus Archiepiscopus Cantauriensis contulit, teste lac. Armanchano (108).

§. IX. Editores ac illustratores canonum Apostolicorum.

§. IX. Apostolicos hosce canones e veteribus illustrarunt adnotationibus quibusdam Io: Zonaras, Alexius Aristenus , & Theod. Balsamon . E recentioribus eosdem Graece edidit Io: Tilius (109). Prodiere & Latine cum Balsamonis commentario, interprete Gentiano Herveto (110). Evulgant quoque Fr. Turrianus (111), Io: Bovius (112), Dionys. Gothofredus (113), Georg. Holoander (114), Christoph. Hogendorfinus (115), & Elias Ehingerus (116) . Omnitum vero industriam , diligentiamque vicere Guil. Beveregius , & Io: Bapt. Cotelerius. Ille Apostolicos canones Graece, Latineque in lucem extulit cum Zonarae, Aristeni, Balsamonis scholiis , suisque pereruditis notationibus (117). Hic eosdem canones cum nova sua versione, adnotationibusque elegantissimis , & Dionysii exequi interpretatione, evulgavit (118).

§. X. Collectio constitutio- num Apostolica- rum apocrypha.

§. X. Altera in Oriente confiata canonum collectio praescribitur Διατάξεις των αγίων Αποστόλων δια Κλημέντου επί Ρωμαιών Επισκόπου. Constitutiones SS. Apostolorum per Clementem Romanum Episcopum . Quis harum constitutionum Auctor fuerit , pari modo disputatur . Turrianus (119), Bovius (120), aliquae plures, ab Apostolis editas, & a Clemente L.P. in unum collatas,

[107] Mogunt. MBXXV., 4.

[108] In prolegomen. ad Polycarp. & Ignat. epist.

[109] Lutet. Paris. MBLXI. fol.

[110] Paris. MBLXIV. fol.

[111] Venet. MDLXIII. 4o.

[112] Paris. MBLXIV. 8.

[113] Lngd. MBLXXXIII. 4.

[114] Ad calc. Novell. Iustini-

nian, Lips. MBXXIV.

[115] Vviteberg. MDCXL, 4.

[116] Synodic. M. tom. x. & codic. canon. Eccles. primit. vindic. & illustr.

[117] Patr. Apostolicor. tom. II.

[118] Pro canonib. & constit.

Apostolic. adv. Magdeburg.

[119] In editit. har. constit. an. MDLXIII.

Iatas, omni contentione animi adfirmant. Sed hanc sententiam, quum catholicorum plerique, tum Th. Ittingius (121) detravit. Post Turrianum, iterum ac si vel eo potuerit acrius fieri, pro hac eadem sententia disputavit in Anglia Guil. Wisthonus (122), qui Constitutiones illas Graece recudendas curavit, cum Anglicā sua versione, variisque lectionibus; natūisque deinde Latinam versionem, quam ex Arabicis codicis Huntingtonianis constitutionum, eius rogatu concinnavit Io: Gragnierius, genuinam Apostolicam doctrinam iis contineri contendit (123). At eum multis, iisque solidissimis argumentis frēgere Rob. Turnerus (124), Ric. Smalbroke (125), Io: Ernest. Grabe (126), & vero etiam Simon Ockley (127). Et quamquam Wisthonus repetitis eristicis scriptis adversus Turnerum (128), Grabium (129), & Allixium (130) suam tueri sententiam enixe conatus sit; infeliciter tamen ei argumentis longe petitis, levibusque conjecturis dimicanti res cessit. Demum Baronius (131), Belkarminus (132), Petavius (133), Perronius (134), Albaspinensis (135), Brunus (136), Schelfstratenus (137), Lopus (138), de Marca (139),

[121] Adpendic. ad diff. de Haeresiarch.

[122] Christianism. rediviv. tom. II.

[123] Christianism. redivivi tom. III.

[124] Diff. Anglice scripta de Constit. Apostol. contr. Wisthonus. Londin. MDCCXV, 8.

[125] In confutat. Clement. Constit. Londin. MDCCXIV. 8.

[126] In iudicio de dnob. MStis Arabic. Oxon. MDCCXI, 8.

[127] In iudicio de auctorit. Arabic. Londin. MDCCXII, 8.

[128] In vindic. SS. Clement.

& Irenaei de Constit. Apostolic. contr. Turner. Londin. MDCCXV, 8.

[129] In not. ad iudicium Grabe. Londin. MDCCXI, 8.

[130] In respons. ad critic. Halloixii. Lond. MDCCXI, 8.

[131] Ad an. XXXII. n. 18. & ad an. XLVII. n. 23.

[132] De Scriptor. Eccles. in Clement. T.

[133] De doctrin. tempor. II, 57.

[134] De Eucharistell, I.

[135] Obs. I, 19.

[136] In iudic. de Constit. Apostolica. c. 4. in PP. Apostolic. Cotolonia Clerico edit.

[137] Antiq. illustat.

[138] In causa Trulliana.

(139), Gardebosch (140), Nat. Alexander (141), Bona (142), Cotelerius (143), Du Mesnil (144), Clericus (145), Vfferius (146), Halloixius (147), aliisque sexcenti, Apostolicas Constitutiones ab Apostolis & Clemente Romano conquisitis undeque argumentis abiudicant.

S.XI. Demontstratur collectio-
num con-
stitutio-
num A-
postolica-
rum apo-
crypham
etc.

¶ XI. Sententia haec iisdem proptermodum argumentis innititur, quibus prior. I. Eae constitutiones, tantum abest, ut sint, fuerintque umquam in tensu canonicorum Sacrae Scripturae librorum, quin potius Gelasius I. in Synodo Romana ap. CCCCLXXXIII. cum Episcopis LXX. habita (148), sive quisquis Auctor extiterit *Decreti librorum recipiendorum* (149) apocryphas, id est a numero canonicorum librorum extrudendas, promuntiaverit. Eas quoque apocryphas, sublestaeque Fidei

[139] De concord. Sacer. & Impalli, a.

[140] Synops. Hist. Eccles. part. V. lib. III. dist. 2. quaest. 4.

[141] In sacra. dist. 18.

[142] Rer. liturgica. 8.

[143] In iudic. de Constit. A-
postolica. Patr. Apostol. tom. I.

[144] In doctrin. & discipl. Eccles. lib. III. tom. I.

[145] Dist. de Constit. Apostol.

[146] Not. ad Ignat. epistol. cap. VII. seqq.

[147] In not. ad vit. Polycarp. cap. VI. & ad vit. Ignat. cap. II.

[148] Apud Gratian. can. a.
dist. 15. §. 64.

[149] Num Gelasio tribuen-
dum decretum librorum
canonicorum, ambigunt
critici, tum quia in eius
auctore adsignando variant
Codices MSS., tum quoniam
nemo ante CCC. annos ab
obitu Gelasii meminit. Vid.
Nat. Alexandrum, Baro-

nium, itemque Sarazan. in
opuscul. & gal. S. Damasi P.
Beveregium Cod. canon. Ec-
cles. primit. cap. IX. §. 3. & 10.
& Pearson vindic. epistol.
Ignat. l. 4. In hoc autem
decreto nulla omnino A-
postolicorum canonū men-
tio facta est, uti probat locus.
Hincmar Remens. opuscul. adv. Hinemar. Lauden-
nens. cap. XXIV. p. 474., &
MSta Iulti, Fontanini, alio-
rumque exemplaria. Edi-
dit hoc decretum ex codice
Iurense sub nomine Hor-
niidae P. Franc. Chifletius,
sed additionibus, & inter-
polationibus resertum. Idē
ad fidem vēstustissimi codi-
cis Palatini Bibliothecae
Vaticanae sublatis accessio-
nibus evulgavit, notatio-
nibusque illustravit Iuli.
Fontaninus „Appendic. li-
„ bri de antiquitate Hor-
„ niae Coloniae Hetruscor.„

habuere multi inde ab Epiphaniis aevo, ut ipse (150) testatur; itemque Honorius Augustodunensis (151), Humbertus Silvae Candidae Episcopus (152), alii que veteres emunctae naris viri. II. Earum nusquam meminere prisci Ecclesiae Patres, scriptoresque Ecclesiastici, ne ii quidem, quibus earum laudandarum se se iam dederat occasio. Eusebius (153) atque Hieronymus (154), qui Apostolorum, & Clementis opera adcurate referunt, de hisce Constitutionibus ne verbum quidem unum. Earum quoque nusquam meminit Athanasius (155), vel quum Divinos libros enumerat. Irenaeus (156) non raro genuinam Clementis Epistolam *ad Corintheios* urget; Apostolicarum vero Constitutionum auctoritate numquam confixit. Clemens Alexandrinus (157) harum Constitutionum nullibi meminit; quum tamen plura tractet, quae ex iis probari exornarique poterant. Tertullianus (158) si Apostolicas Constitutiones nosset, nequaquam adseruisset, animam nostram esse corpoream; quum Auctor Constitutionum (159) ina- corpoream, immortalemque statuat: neque laicis

ba-

[150] Haeres. LXX. n. 10.

[151] De Scriptorib. Eccles. in Clement.

[152] Libello contr. Nicet. Peckorati.

[153] H. E. III. 15.

[154] In catalog. script. Eccl. in Clement.

[155] Epist. XXXIX. & in Synopsia Sacra Scriptur. Paecularum hoc opus Latine vertet

Vvulstangus Musculus.

Athanasio abiudicare non

non audent Tillemontius art. XXXVI. not. 45. & Got-

frid. Hermantius in vit. Atha-

nasi. tom. 1. Magno Atha-

nasio hanc Synosin abiudicat Montfaucon in praef.

& animadv. XV. ad vit. &

scriptorij Athanasi tom. II. Collect. vet. Patr. Subscribam Fabricio Biblioth. Graec. V. 2. p. 107. rom. V. autores huius Synopsis esse Athanasi Alexandrinum Episcopum, qui centum post magnum Athanasiu[m] annis, hoc est medio saeculo V. claruit, in cuius gratiam Euthaleus Sulcenus Episcopus Acta Apostolorum, epistolas recentius videlicet cagnium in nov. Collect. vet. monument;

[156] In opere adv. Haeres.

[157] spousta lib. I. IV. & a lib.

[158] In lib. de anima.

[159] lib. VI. cap. XI.

baptizandi copiam fecisset (160), quam Auctor Constitutionum iis admit: nec Zephyrini P. Decretum de reconciliandis poenitentia fornicatoribus ~~admissis~~ dilacerasset; si quum Auctor Constitutionum (161) poenitentes indiscriminatim recipiendos moneat. Et Dionysius Alexandrinus a Baslide interrogatus, qua hora ieiunium paschae diem praecedens finendum esset? respondit, rem *difficilem, lubricamque esse* definire: quum contra iam statutum sit ab Auctore Apostolicarum Constitutionum (162). III. Multa continent tam dilucide copioseque tradita, ut ambigi de sententia vix queat; quae tamen tertio aerae christianaæ saeculo in controversiam disceptationemque vocata. Sane Auctor Constitutionum, (163) baptismum ab haereticis collatum probat: quum contra hac super re magnis animis Stephanus I., & Africani Praefules disputarint. IV. Multa habent post Apostolica denum tempora statuta, plura contra sacrae historiae fidem, nonnulla etiam contra catholicæ Ecclesiae doctrinam. Hinc mirari non subit, si istiusmodi constitutiones reiecerit Auctor *Synopsis Athanasio adscriptae*, easque recipere noluerit Trullanæ Synodus (164).

§. XII. Iam ergo Apostolicae constitutiones (165)

ab

[160] De baptim. cap. XVII.

[161] lib. II. cap. 12,

[162] lib. V. cap. 15.

[163] lib. VI. cap. 15.

[164] Can. 2.

[165] Ab Athanasio in epist. feliali XXXXI. & in Synopsis adscripta Διδαχὴ καλε.
τὸν τὸν Αποστόλουν, doctrina, quae dicitur
σταθμοὶ τοῦ Αποστόλουν, doctrina,
loquuntur, recensetur inter scripta non in canonem
quidem redacta; sed quae legi a Patribus decretum
est. Ab Eusebio H. E. III,
25. redactis libris accensetur

τὸν Αποστόλου λεγομένην δι-
δαχὴν, Doctrina, quae dici-
ται τοῦ Αποστολού. In
Nicephori CP. Patriarchae
synodopergam inter apocrypha
numeratur, & Διδαχὴ Απο-
στόλου, doctrina, non por-
tiorum. Hanc Αποστόλου
Διδαχὴν Bovius, Turri-
nus, Baronius, & in pri-
mis Cœlérius iudic. de
Constit. Apostolic. pp. Apostolic. tom. I. Apostolicarum
Constitutionum libros tui-
se duxere. Sed Διδαχὴν, &
Constitutionum, Apostoli-

ab

ab Apostolis, & Clemente ab iudicandae. Quis autem eas constituerit, & quo primum tempore, tam difficile est definire, quam quod maxime. Lubens Albaspinaco (166), Halloixio (167), Zieglero (168), aliisque ad stipulor, qui arbitrantur, auctorem, atque tempus singularum constitutionum, certo defini non posse; quum eae nec ab uno homine, nec tempore uno, sed a diversis auctoribus, atque temporibus, fuerint statutae. Hinc suspicari licet, earum nonnullas primo, alias secundo, tertioque saeculo extitisse. Continent autem ecclesiasticam disciplinam, qua Orientalis Ecclesia sub ethnicis Imperatoribus ante Constantinum regebatur, uti Morinus (169), Fronto (170), & Bona (171) tradunt.

S. XII.
Quis au-
tor Con-
stitu-
tionum Apo-
stolicarū?

§. XIII. Quo primum tempore, atque auctore Apostolicae Constitutiones in unum collatae sint, pore, ac au- vix quidquam certi in tanta antiquitatis caligine store Con- praestari potest. Christ. Lopus (172) eiusmodi opus editum a quodam quarti saeculi homine, varie in dogmate, rituque maculosum adffirmat. Nat. Alexan- der (173) aestimat, Apostolicas Constitutiones ex integro ab aliquibus haereticis suppositas. Grotius (174) inquit, collectas exeunte secundo saeculo fuisse. Blondellus (175) ad an. CCLXXX, Conringius (176) ad saeculum quintum, Villerius (177) ad sextum, referunt. Fabricius (178) coniicit, opus Apostolicarum Constitutionum non diu ante Eusebium sub

S. XIII.
Quo tem-
pore, ac au-
tores Con-
stitu-
tionum Apo-
stolicarū?

D Cle-

carum libros plane diversas esse, ostendit Iac. Armachanus dissertationib. de epist. Ignat. & Polycarp. cap. VI. Confessum Pearson. in vindic. epist. Ignat. cap. IV.

[166] Obs. 1, 13.

[167] Not. ad vit. Polycarp. cap. VI. & ad vit. Ignat. cap. II.

[168] Diff. de origin. & pro- gressu. iur. canon. §. XIV.

[169] De Sacr. Eccles. ordinat. part. II. p. 20.

[170] In Praenot. ad Kalen-

dar. Rom. §. V.

[171] Rer. liturgic. I. 8. §. 4.

[172] Schol. in can. 2. Trullano.

[173] In saec. I. diff. XXX.

prop. I.

[174] De iur. Belli, & Pac. I, 2. not. ad §. 2.

[175] A polono pro Episcop. & Presbyter. test. III. p. 231.

[176] Animad. de purg. n. 32.

[177] Not. ad Ignat. epistol. cap. VII. seqq.

[178] Biblioth. Graec. V, 1, tom. XI.

Clementis nomine editum ab iis, qui ipsi Clementi supposuerunt Petri, & Apionis dialogos, *aliaque prolixia, & copiosa opera, copiatumque ex variis secundi, tertiique saeculi ecclesiasticis constitutionibus, διδασκαλίαις, διδαχαῖς, διατάξεσι*, quae Apostolorum, virorumque Apostolicorum Clementis, Ignatii, Polycarpi, Hippoliti nominibus incerta olim fide rebantur; inque antiquis *γραμματογραφίαις* memorantur, & ex parte quoque hec nomine in Bibliothecis MSta supersunt, ut Caesarea (179), & Bodleiana. Mihi autem sic persuasum est de hac re, omnino incertum esse, quo auctore haec collectio prodierit, eamque constare constitutionibus ecclesiasticis ab Episcopis diversis locis; temporibusque ante Nicaenam Synodum conditis, & *διδασκαλίαις, διδαχαῖς, διατάξεσι*, quae Apostolorum, Episcoporumque Apostolis propiorum nomine afferebantur: qua in re suffragatores habeo Steph. Le Moyne (180), Pearsonium (181), Vllerium (182), Grabe (183), alioisque permultos: demumque ante exitum saeculi quarti ornatam fuisse Apostolicarum constitutionum collectionem, nec ante idem saeculum ipsas hasce constitutiones *Apostolicarum* nomine cognominatas. Et vero harum constitutionum, & quidem sub *Apostolicarum* nomine, demo umquam scriptorum, qui quartum saeculum anteire, meminit; primaque earum mentio apud Epiphanium (184) occurrit, qui maior centenario decepsit an. CCCCIII. Earum exinde meminere Auctor operis imperfeci in Matthaeum (185), Timotheus Presbyter (186), Synodus Trullana (187),

[179] Nessel. in catalog. MSS.

part. IV. p. 20., & Grabe p.

282. seq.

[180] Not. ad var. sacr. p. 1072.

[181] Vindic. Ignat. l. 4.

[182] Prolegom. ad Ignat.

cap. VII.

[183] Spicileg. Patr. tom. I. p.

40. seqq.

[184] Haeres. LXX. quae est

Audianor.

[185] Apud S. Chrysostom.

ad Matth. VI. 3. & XXV.

18. Hic auctor saeculo IV.

scriptis creditur, et si non nulli recentiorem statuant.

[186] Tractat. de iis qui accep-

dunt ad Eccles. in Auctar.

Bibliothec. Patr. Combe-

fano tom. II. p. 453.

IN ORIENTE AC OCCID.

¶

(187), S. Maximus (188), Nicephorus Patriarcha CP. (189), Photius (190), Humbertus (191), Cedrenus (192), Zonaras (193), Aristinus (194), certique.

§. XIV. Quo autem tempore Apostolicae Constitutiones apparuere, nihil adversus idem habebant. Stabant adhuc immaculatae, atque incorruptae Epiphanii aevo qui (195) memoriae prodit, liberum Constitutionum Apostolicarum nihil aut in fide, & ecclesiastica professione depravatum, aut Ecclesiae administrationi, ac decretis contrarium continuasse (196). Ecce tibi integrum sanctissimi viri locum: Εις τον δε ει αυτοι Απδιανοι παραφερουσι την Αποσολην διαταχην, κακην μεν τας πολλοις εν αμφιλεκτη, ολλ' ουκ αδοκιμων, τασσα γχεισθ αυτη καινοτη ταξις εμφερεστακαι αδεν παραχεχαρα γχειν της πιστως, και της Εκκλησιαστικης διοκησεως, και κανονος, και πιστως. Audiani vero ad institutio-

§. XIV.
Apostolicae
Constitutiones
olim in-
corruptae.

D 2 auctio-

[187] Can.2.

[188] In epist. VIII. S. Dionys.

[189] In Chronolog. sub fin.

[190] Bibliothec. Cod. CXII. CXIII.

[191] Respons. ad Nicerae lib.

[192] In Compend. Hist. p. 172 edit. Xylandri.

[193] In can. Apostolic. LX.

[194] In Synopsi canon.

[195] Haeres. LXX. n. x.

[196] Nat. Alexand. in saec.

I. d. XIX. prop. I., Petavius

not. ad Epiphan., Haeres.

LXX., Iac. Armachanus dis-

fertat. de epistolis Ignatii,

& Polycarpi cap. IX. & X.,

Ballaenus de pseudepigraph.

Apostolic. I. 2. contendunt,

olim extitisse constitutiones

Apostolorum nomine

celebres, Apostolicasque

constitutiones Epiphanio

memoratas esse plane diver-

sas ab iis, quae nunc ex-

tant; sum quia plurima loca ab Epiphanio e constitutionibus Apostolicis laudata in nostris nullibi reperiuntur sicutum quoniam in vulgata* quaedam existant iis contraria, quae constitutiones Epiphanio memoratae praecipiunt. Sed haec coniectura levitate sua corruit; aliarum enim constitutionum ab iis, quae nunc circumferuntur, nemmo scriptorum meminit, fragmentumque ex illis descripsit. Quid, vero dicere vetat, librum Apostolicarum Constitutionum aevo Epiphanii nihil adversus fidem, morumque disciplinam habuisse, postque Epiphanii tempora ab haereticis depravatum, interpolatum, & fortasse etiam in quibusdam rescissum fuisset

auctoritatem accommodant. Qui liber tametsi dubias apud nonnullos fidei sit, non est tamen improbandus. Nam in eo, quae ad Ecclesiae disciplinam attinent, omnia comprehenduntur; neque quidquam aut infide, ac catbolica professione depravatum, aut Ecclesiae administrationi, ac decretis contrarium continent. At vero post Epiphanii tempora varie corruptae, interpolataeque fuerunt. Quod probe norunt e veteribus Auctor Synopsis Athanasii vocitatae, Patres Trullani (197), Photius (198), Zonaras (199), & Balsamon (200), qui constitutiones hanc, ut ab haereticis depravatas exprobarunt: inter recentiores vero idem probarunt Baronius (201), Nat. Alexander (202), Gardebosch (203), Lupus (204), Petavius (205), Perronius (206), Iac. Armachanus (207) aliique. Qui vero eas interpolarint, corruprintque plane incertum. Illud liquet, complura ab Arianis haereticis corrupta. At multa excellentissima, magnique ponderis habere, iam compertum est.

S.XV.A-
postolica-
rum Con-
stitutio-
num edi-
tores, &
illustrato-
res.

§. XV. Ceterum Apostolicas Constitutiones primus e tribus codicibus MSS. Calabro, Siculo, & Creteni Graece cum suis prolegomenis, Latina versione, atque commentariis publica luce donavit Fr. Turrianus (208). Latine quoque reddidere Car. Capellius (209), & Io: Car. Bovius (210). Prodierunt etiam inter opera S. Clementis (211), inque collectionibus Conciliorum Petri Grabbe (212). Laurent. Surii (213), Dominic. Nicolini (214), Se- verini Binii (215), & Philip. Labbaei (216). Eadem

[197] Can.2.

[207] Loc. supra cit.

[198] Codic. CXII.CXIII.

[208] Venet. M.DLXIII.

[199] In can. A apostolic LX.

[209] Ingoldast. MDXLVI.

[200] In can.ult. A apostolic.

[210] Venet. MDLXIII.

[201] Ad ann. XXXII. n. 18.

[211] Venet. MDLXVIII.

[202] In facr. r. diff. 18.

[212] Colon. MDLI.

[203] Eoc. supra cit.

[213] Colon. MDCVI.

[204] In can.2. Trullan.

[214] Venet. MDLXXXV.

[205] De doctr. temp. II, 57.

[215] Colon. MDCVI.

[206] Loc. supra cit.

[216] Taij. M.I.LXII.

dem Graece, Latineque cum Turriani versione recusandas curavit Fronto Ducaeus (217). Omnibus vero editionibus praferenda, quam cum sua versione, & elegantissimis adnotationibus praestitit vir egregie doctus Io: Bapt. Cotelerius (218). Constitutionum harum editionem, cum variis Apostolorum canonibus, aliisque Aetiopicis scriptis, ponderat vir Aetiopicae linguae callentissimus Vanslebius; sed an si dem praestiterit, nescio.

§. XVI. Haad hic silentio praeterunda collatio novem canonum, quos ab Apostolis in Antiochena quadam synodo conditos, afferit Turrianus (219), qui praeterea tradit, Pamphylum Martyrem testari, se illos invenisse in Bibliotheca Origenis, laudatque MStum Graecum, ubi scriptum est: τὰς αγίας επομετρησος τῷ μηδέ τι εἰν Αντιοχείᾳ τῶν Αποστόλων συναθετά τῷ τετρατετράκισικαν αὐτῶν κανονων μέρος τῶν εὐρεσθενών εἰς τὴν Ορεγαναν βιβλιοθήκην. S. Hieromartyris Pamphili εἰς Antiochena Apostolorum Synodo, idest pars ex Synodis ipsorum canonibus inventis in Origenis Bibliotheca. At primum non prodit Turrianus, unde hunc codicem nactus sit; deinde Pamphilum nullos editisse libros, & Eusebii silentium, & Hietonymi (220) testimonium evincunt. Quid quod nullam ab Apostolis Antiochiae synodus habitam, veterum omnium (221) silentium probat, & maxime Hincmari Ar-

S. XVI.
Collectio
novem
canonum
Apostolis
falso tri-
butorum

D 3

chie-

- [217] Paris. MDCXVIII.
- [218] Patr. Apostolic. a se editor. tom. I.
- [219] Pro canonib. & consti. Apost. I, 23.
- [220] Apolog. adv. Rufin. lib. II.
- [221] Innocentius I. epist. XVIII. Antiochiae synodus ab Apostolis celebrata, adfirmate videtur. De Ecclesia enim Antiochena scribit: „ibi & nomen ac-

„cepit Religio christiana „ & CONVENTVM Apostolorum fieri aptid se „ celeberrimum meruit „ „ Locus hic interpretum ingenia exercuit. Mihi haec fidelit, Innocentium iis verbis, ibi & nomen accepit „ Religio christiana „, respxisse Act. XI, 26, ubi de Apostolis Petro, & Barnaba per totum annum versantibus, Ecclesiamque docen-

CAP. III. DE STATV.IVR.CAN.

chiepiscopi Remensis (222), qui cunctas Apostolorum synodos enumerans, de Antiochena illa omnino silet? Perspicue Petavius (223), Ant. Pagius (224), Nat. Alexander (225) & haereticarum partium homo, Io: Dallaeus (226), canones hosce apocryphos, & pseudepigraphos esse demonstrarunt.

§. XVII. Idem Renditur. Selectiora in hanc sententiam haec accipe argumenta I. Eorum canonum nemo meminit ante Baronium, Turrianum, & Binium. II. Canon I. cavit, credentes in Iesum, quos illius temporis homines vocabant Galilaeos, christianos vocandos esse. Sed iam constat, primum Julianum Apostamatam, qui saeculo IV. imperavit, christianos convicci, contemtus.

tibus Antiochiae, τηνετο δε αυτος ενιαυτον ολον συναχθησαι εν τη Εκκλησιᾳ, και διδαχαι οχλον εκανον, subiungitur primum, exinde usu venisse, ut discipuli Iesu, Christiani appellarentur Χριστιανοι τη πρωτον εν Αντιοχεια της μαδηνας Χριστιανοι. Verbis polo,, & con- ventum Apostolorum,, fieri apud se celeberrimum meruit,, spe & tasse unum id, Apostolorum principem Petrum Antiochiae sedisse, eoque Paulum, & Barnabam professo, non vero sibi velle, eos Synodum illic habuisse: qui enim CELEBERRIMVS CONVENTVS dici Synodus illa poterat, cuius nemo ante Innocentium meminit? Porro Gregorius Episcopus Pisinensis in Concilio Nicaeno II. an. DCCLXXXVII. act. 1. Concil. Labb. tom. VII. p. 63. laudavit primum illorum canonem εν τη κατα Αντιοχειαν συνεδω των αγιων Αποστολων,, εις Synodo SS. Apo-

, stolorum apud Antiochiam,, At Episcopus ille levis,, & ante Iconoclastarum errore foedatus hunc affingit canonem Synodo, quam comminiscitur. Quo factum, ut Nicenii illi Patres nullam eius canonis rationem habuerint. Et Anaftasio Bibliothecario, qui canones Concilii Nicaen. II. Latine vertit, Gregorii Pisinuntis citatione suboluit; eiusnamque verba, εν τη κατα Αντιοχειαν συνεδω Αποστολων αγιων αποσολων ειρητη,, in Synodo SS. Apostolorum apud Antiochiam congregata, vertit,, in Synodo SS. Apostolorum, quae apud Antiochiam congregata dicta citur,,

- [222] Opusc. LV. Capitul. ad v. Hincmar. Remens. c. XXIV.
- [223] Dogmat. Theologic. de incarnatione. XV, 14.
- [224] Ad an. LVI.
- [225] In saec. I. diss. XX.
- [226] De pseudepigraph. Apostolic. III, 22.

tusque caussa, *Galilaeos* (227) nominasse, ceu Socrates (228), Theodoretus (229), Cyrilus (230), & Chrysostomus (231) testantur. Quin idem Imperator perlata lege cavit, ne quisquam alio nomine eos appellaret, auctore Nazianzeno (232). Canon VIII. decernit, ut pro ιδωλοις statua Christi coleretur. At primis Ecclesiae saeculis imagines, & quum primis statuae των ιδωλων loco nequaquam substitutae, ne fideles idololatriae insectarentur ab ethnicis, qui in omnes se partes agebant, ut eos calumniis, dirisque proscindendi ansa sibi deferretur. Hinc veteres fideles arte statuaria, & pictura interdicti, teste Tertulliano (233). Alia permulta, quae hosce canones suppositios ostendunt, in tanta veritatis luce, mitto. Denique novem hos canones exhibit Turrianus (234), Baronius (235), Binius (236) aliique.

C A P. IV.

DE STATV IVRIS CANONICI IN ORIENTE
A CONSTANTINO AD GRATIANUM.

§. I. **H**Aec tenus epocham *iuris canonici antiquissimi* a primis christiani nominis initii ad Constantinum usque contemplati sumus; transiendum nunc ad epocham *iuris canonici veteris*, quae a Constantino ad Gratianum excurrit. Parta saeculo quarto per Constantinum M. pace (1), qui

D 4 pri-

[227] Veteres fideles variis nominibus, dieterisque ab ethnicis oppetiti. Vid. Salomon. Beesling. obs. sacr. II. 29., Cellar. diss. X. de Relig. Christian. ab hostib. irrita, a nob. sanctissima habenda. & Kortholt. de column. pag. nor. in vet. Christian. cap. XVIII.

[228] Hist. Eccles. III. 22.

[229] Hist. Eccles. III. 4.

[230] Contr. Julian.

[231] Homil. LXIII.

[232] Orat. III.

[233] De idololatr. cap. III.

[234] Pro canon. & Constit. Apostolic. 1, 25.

[235] Ad ann. Clio. Annala. tom. I.

[236] Collect. Concil. tom. I.

[x] Conf. de hac re Io: Morin. Historia Gallice scripta liberatae per Constantium Ecclesiae.

§. I. Sta-
tus iuri-
canonici a
Constan-
tino ad
Gratianū
in Oriens

primus (2) paganam deseruit superstitionem, respicit tandem Ecclesia, furentesque persequitionum aestus deferbuere. At vero coepit haereticorum schismaticorumque dissidiis vehementius exagitari: unde oportuit, plura per concilia, & Pontifices constitui, quo malis hisce occurreretur, Christique Ecclesia diris agitata procellis incolumis servaretur. Quum vero mole iam sua canonicum ius laboraret, e rep. christiana ratum est, varias confici canonum collectiones: quod tam in Oriente, quam in Occidente factum est. De illis hoc capite; de his agam in sequenti.

§. II. Ve-
ructissima
apud Grae-
cos cano-
num col-
leccio.

§. II. Prima, omnium fortasse vetustior canonum collectio in Oriente confecta, continet Concilii Nicæni I. canones XX., Ancyranos XXIV., Neocaesariensis XI V., Gangrensis XX., Antiocheni XXV., Laodiceni LIX., & CPolitani I. canones III. Eius auctor eruditis adhuc ignotus. Petrus de Marca (3) aliisque hanciuntur, auctorem fuisse Stephanum Ephesinum Episcopum, quem codex MS. Bibliothecæ Palatinae praefert, ut a Christoph. Iustello se admonitum scribit. At quoniam Stephanus hic sequenti saeculo vixit, Concilioque Chalcedonensi adfuit, certe collectionis huius auctor esse nequivit; proindeque is codex in mendo cubat. Ant. Augustinus (4), aliisque adscribunt Sabino Heracleensi in Thracia Macedonianorum Episcopo, Socratis (5) auctoritate freti. Verum Sabianam collectionem omnino ab hac distare ostendimus infra. *Mantiss. cap. I. §. II.* Satius quidem est adserere, huiusc collectionis auctorem in tanta veterum monumentorum caligine adsequi vix posse.

Pro-

[2] Quidam contendunt, Philippum Imp. Gordiani III. percussorem, primum Christianum fuisse. Sed eos. diff. de primo princip. Chri-

stiano, & Schurzfleisch. diff. de Philippis Augustis.

[3] De concord. Sacerd. & Imp. IV, 3. n. 4.

[4] Praef. in vet. canon. collectio

[5] Hist. Eccles. I, §.

Prodiit autem paulo post Concilium CPolitanum I., sub Theodosio M. circ. an. CCCLXXXI. Collector namque praetermisit canones Conciliorum Ephesini, & Chalcedonensis, definitque in canonibus Concilii CPolitani I. Haec collectio tantae fuit auctoritatis, ut in Synodo Chalcedonensi (6) una cum Evangeliorum libro in medio posita fuerit. Ex ea in eadem Synodo (7) Aetius Archidiaconus, & Leontius Magnesiae Episcopus nonnullos Antiochenos canones recitarunt. Hunc porro codicem a multis Pontificibus, atque Patribus confirmatum fuisse contendit Christ. Iustellus (8) Eudem ex antiquissimo MS. Ecclesiae Hilarianae Pictaviensis primus edidit Io: Tilius (9) : deinde, additis pereruditis notis, Christ. Iustellus (10) evulgavit, praefixo specioso, satisque effuso titulo *codicis canonum Ecclesiae universae* (11). Demum sub eodem titulo recudendum curarunt Theod. Meier (12), itemque Voellus, atque Iustellus (13).

§. III. Hic Graecorum codex sensim excrevit; praefertim post definitionem Concilii Chalcedonensis (14), ubique recipiendas esse Patrum regulas in

S. III: In-
cremētū
codicis ca-
nonum
Graecia

[6] Act. IV. & XI.

[7] cit. A&C.

[8] Praef. huic codici praefixa.

[9] Luret. MDXL, 8.

[10] Paris. MDCX, 4.

[11] Parum ad rem Iustelius

huic codici titulum „cō-

diēis canonum Ecclesiae

„universae“ praefixit:

meritoque displicuit Flo-

renti de Marca, Constanti-

o, aliisque. Iustelli can-

siam dixit Henric. filius

praef. secundae ejus codi-

cis editioni praefixa. Sed

eum novissime reiecit Cl.

Constant. praef. Epistol. R.R.

Pontific. Porius esset inseri-

bendus Bīblīos nārōnō „co-

de & canonum“ collectio cę-

nonum, ut iſtuſmodi co-
nonum collectiones paſſim
a Graecis vocatae, ceu ex
Concilio Chalcedonensi ad.
IV. XI. & XIII. liquet;

itemque a Latinis, ut vel

ex unius Dionysii Exigu

codice conſtat.

[12] Helmstad. MDCLXIII, 4.

[13] In Bibliothec. iur. cano-

nīc. yet. tom. r.

[14] Can. I. τας παρα των αγιων

πατερων καδ' εκεῖνην σύνεδο-

αχερίτων εκτεθετας καο-

νωνας πατερινον δεδιάγουραμψαν

, qui a SS. Patribus in una-

„ quaque Synodo huncis

„ que expositi canones

„ sunt, obſervari omnes,

„ sequenti censimysa.

Synodis ad ea tempora statutas . Sic sexto ineunte saeculo sub Iustiniano accessere canones Ephesini VIII. , & Chalcedonenses XXIX. , ut ex Iustiniano (15) adparet . Eodem imperante Iustiniano, Io: Scholasticus canones ab Orientalibus tum receptos L. titulis collegit ; suaeque collectioni , praeter canones veteri illo codice comprehensos , primus inseruit canones Apostolicos LXXXV. , Samlicenses XXI. , Epesinos VII. , Chalcedonenses XXIX. , & S. Basilii canones LXVIII. Hos autem canones , si extare non comperisset in Graeco codice , sub quinquaginta titulis nequaquam digessisset : proindeque suspicari licet , eos tum codici Graeco inseritos ; tametsi non constet , num privata , an publica auctoritate accessio illa facta sit . Septimo autem labente saeculo , Synodus Trullana non canones modo a Io: Scholastico congestos confirmavit , verum etiam Concilii Chalcedonensis , CPolitani sub Nestorio Patriarcha CPolitano , & Theophilo Alexandrino ; itemque canones complurium Patrum , nempe Dionysii Alexandrini , Petri Alexandrini , Gregorii Neocaesariensis , Athanasii Alexandrini , Basilii Caesareae Cappadociae Archiepiscopi , Gregorii Nysseni , Gregorii Nazianzeni , Amphilochii Iconii , Timothei , Theophili , & Cyrilii Alexandrinorum , Gennadii CPolitani , & canon Africanae Synodi sub Cypriano de baptismo haereticorum . His canonibus si addas canones CII. in ipsa Trullana Synodo confignatos , integrum habebis codicem , quo Orientales saeculo VII. usi sunt . Octavo autem saeculo habita Synodus Nicaena II. , vulgo Oecumenica VII. , quae canones XXII. edidit , quorum primo confirmavit decretal priorum sex generalium conciliorum , adscribens nimirum canones Trullanos quintae , ac sextae Synodo ; neutra enim canones eduxit , praeter eos , qui a Concilio Trullano decreti sunt , quod ;

[Ex] Nov. CXXXVII. cap. I.

quod ideo *Quini-sextum* nominatur. Atque hos XXII. canones Concilii Nicaeni II. Graecorum codici additos, vel ex Basilicis (16) patet. Demum nono excurrente saeculo Photius Patriarcha CPolitanus duo celebravit conciliabula; alterum in Templo SS. Apostolorum, in quo canones XVII. statuit; alterum in Templo S. Sophiae, quod canones III. emisit. Hi vero canones primum ab ipso Photio in nomocanone suo editi, exin ab Orientalibus in partem juris canonici recepti sunt. Conf. infra §. VIII.

Atque ex his & superioribus canonibus integrum ius canonicum Graecum constat, quod commentariis Balsamonis, Zonarae, ac Aristini Graece, atque Latine, suis additis observationibus, in lucem produxit Gail Beveregius (17).

§. IV. Prodeat nunc Ioannes cognomento Scholasticus (18), primum Antiochiae Presbyter, & Apostolarius (19) deinde Eutychioin exsilium depulso, Patriarcha CPolitanus ab Imp. Iustiniano creatus, florebatque circ. an. DLXIV. Is adhuc presbyter exornavit τον πατριαρχεῖον εὐλογίσμον, collectionem canonum Ecclesiasticorum, qua titulis L. complexus est canones Nicaenos XX., Antiochene-

§. IV. Col-
lectio Ca-
nonum lo:
Scholaitis
ci.

[16] Lib. V. tit. II. cap. 2.

[17] In pandectis canon. vet. tom. II.

[18] Cognominatus est Scholasticus, οὗτος σχολαστικός, quod in Foro ex ordine Advocatorum esset. Olim nāque Advocati dicebantur quoque,, Scholastici,, ut ex Agathia qui Advocatus extiterit, elucet, quem Suidas Σχολαστής vocat. Eo nomine dicti declamatores, viri eloquentes, Advocati civitatum diserti, Provinciarum judices, & aliique. Videbis Voiss. de Historia Graeca. ill. 27., Meyss. in Glossa

far., Casaubon. ad Capitolin. in Maximin. Iun. cap. 3. atiosque.

[19] Αποστολαρχος,, nuntius,, legatus,, ita dictus, quod επωνυμος,, responda, principium deferret. Responsa enim non modo Rescripta principum ad supplicantium libellos, sed & quaevis mandata, & decreta appellabant. Conf. omnino DuFresne Glossa ad vob. Apostolarius p. 250 seq. tom. I. Ior. Iac. Hofmann. Exami- natio h. v. & vice et theologi. Eccles. ead. vob. 27. 28.

60 CAP. IV. DE STATV IVR. CAN.

chenos XXIV. ; Laodicenos LIX. , Gangrenes
XX. , Ancyranos XXV. , Neocaesarienses XIV. ,
Copolitanos VI. , Ephesinos VII. Chalcedonenses
XXVII. , Apostolicos item LXXXV. , Sardicenes
& S. Basilii canones LXVIII. Hoc opus e MSto
Bibliothecae Claromontani Collegii S. I. cum co-
dice Petri Seguerii Franciae Cancellarii collato ,
Graece , & cum Latina Christ. Iustelli versione ,
evulgarunt Voellus , & Iustellus (20) .

§. V. Ea
collectio
vindica-
tur Io:
Schola-
stico.

§. V. Haec porro collectio illa est , quam nonnulli
Theodoro Abbati , sive Theodoro ; Turrianus
(21) Constantino Scholastico , Patriarchae CP. ; Flo-
rens (22) , de Marca (23) , Doviat (24) , & Salma-
sius (25) , decepti codice MS. Regiae Bibliothecae
Parisiensis (26) , attribuunt Theodoreto Cyrestensi
Episcopo . At multis Christoph. Iustellus (27)
& Guil. Beveregius (28) collectionem hanc Ioanni
Scholastico vindicarunt . Eiusdem sententiae
sunt Ant. Augustinus (29) , Nic. Alemannus (30) ,
Ant. Pagius (31) , Ger Van Mastricht (32) , Stru-
vius (33) , Fabricius (34) , ac reliqui prope omnes .
Et vero eam Ioanni diserte tribuunt vetustissimi

CO-

- [20] Bibliothec. iur. canon. vet. tom. II. „ tributa per Theodoritum
- [21] Pro canonib. Apostol. contr. Magdeburgen. I. „ Episcopum Cyri., At is codex in mendo cubat.
- [22] Praef. ad Io: Antiochensis collection.
- [23] In Codice canon. Eccles. primit. illustr. & vindicat. I, 8.
- [24] Praef. ad antiqu. Decreta. collection.
- [25] Ad Procopii avedor. p. 110.
- [26] Critic. Baron. ad an. BLXXVIII. n. 4.
- [27] In Hist. iur. canon. [30] Histor. iur. canon. [31] Biblioth. Graeca tom. X,
- [28] In Codice canon. Eccles. primit. illustr. & vindicat. I, 8.
- [29] In Hist. iur. canon. [32] In Hist. iur. canon. [33] Histor. iur. canon. [34] Biblioth. Graeca tom.
- [30] Ad Procopii avedor. p. 110.
- [31] Histor. iur. canon. [32] In Hist. iur. canon. [33] Histor. iur. canon. [34] Biblioth. Graeca tom.
- [32] In Hist. iur. canon. [33] Histor. iur. canon. [34] Biblioth. Graeca tom.
- [33] Histor. iur. canon. [34] Biblioth. Graeca tom.
- [34] Biblioth. Graeca tom.

codices MSS., Seguerianus (35), Claromontanus (36), & Oxoniensis (37); itemque MSS. codices Caesarei, de quibus Lambecius (38). Deinde continet canones Apostolicos, qui aeo Theodoriti in Orientalis Ecclesiae codicem nondum coniecti fuere; itidemque canones Sardenses, quantum abest, ut aetate Theodoriti Orientalium usu fuerint recepti, quin potius perosi fuere. Denique ea collectio Theodorito digna non est; scribendi namque ratio gravitatem tanti viri plane doctissimi non redolet. Quid quod veterum nemo collectionem hanc Theodorito adscribit?

§. VI. Idem postea Ioannes Scholasticus, iam ad Patriarchatum CP. electus, primus omnium conflavit *Nomocanonem* (39), quinquaginta pariter ti-

§. VI. Ios.
Scholasti-
ci Nomoe
canon.

tulis

[35] Codex Seguerianus:
Ιωάννης Επίσκοπος Καινεαρί-
νιατολεως τη μεσον Ευρυχίας
συναγωγὴ κανονῶν εἰς ν. τι-
τλος διηρημένη. „ Ioannis
„ Episcopi CPolitani, Eu-
„ rychio exiule, collectio
„ canonum in L. titulos
„ digesta. „

„ Scholastici in Nomoca-
„ nonem praefatio.

[38] In catalog. MStor. Bi-
„ bliotheac. Caesar. lib. 11.

[39] Ioannein Scholasticum
nomocanoneum primum in-
stituisse, iam a Florente,
Alemanno, Du Cangio, aliis
que observantur. Et autem
νομοκανόνος colle&gio canonum
legumque civilium vicif-
lim concordantium. Non-
numquam hoc nomine ve-
niunt purae putaeque col-
lectiones, & Synopfes cano-
num, in quibus nulla ci-
vilium legum mentio, quod
& illi legum loco sint, ut
Beveregius observavit pro-
legomen. ad Synodic. §.
XXIX, & codic. canon. Ec-
cles. primitiv. I, 15. Sic νο-
μοκανόνος dicitur. Synopfes
canonum, nullas habens le-
ges, quam Graece, ac Latini
edidit Colerius Monu-
ment. tom. 1. p. 68. Libri quo-
que poenitentialium cano-
num

[36] Codex Claromontanus:
Ιωάννης πρεσβύτερος Αντιοχείας
απὸ χρονίσκων, κτος συντάττει/
τεις ολρες κανονας εις ν. τιτλος.
„ Ioannis Sholastici, Pres-
„ byteri Antiocheni, hic
„ instituit integros cano-
„ nes in L. titulos.

[37] Codex Oxoniensis: Συ-
ναγωγὴ κανονῶν εκδῆνσις
εἰς πεντεκοντά τιτλος διηρη-
μένη. „ Collectio canonum
„ ecclesiasticorum in quin-
„ quaginta titulos distri-
„ buita. „ Et postea: Ιωάννης
„ Αρχιεπίσκοπος Καινεαρίνια-
„ λεως τη χρονίσκη εἰς τον Νο-
μοκανόνα προλογος. „ Ioannis
„ u Archiepiscopi CPolitani

CAP-IV. DE STATV IVR. CÁN.

tulis digestum , priorique collectioni respondentem , cui is leges praeferunt ex Iustiniani Novellis arcessitas , quae cum canonibus convenient , optimo sane instituto (40) , sub iisdem L. titulis . attexuit ; adiecitque praeterea ad calcem capita XXI. constitutionum de rebus Ecclesiasticis , ex ipsius Iustiniani Novellis petitarum . Iam vero nomocanonem hunc Thodorito Cyri Episcopo male adiudicat Cardinal. Perronius (41) ; nec recte Florens (42) , & Petr. de Marca (43) adfirmant , priorem collectionem Theodoriti esse , eique canonum tantum - collationem ab Ioanne Scholastico adiunctam . Praeter quam enim omnes MSS. codices Ioanni Scholastico tribuunt , continet canones Apostolicos , & Sardicenses , qui Theodoriti ævo nondum Orientalis Ecclesiae codici adscripti fuere ; & vero etiam constitutiones Iu-

sti-

num *νομοκανόνες* dicit , uti Poenitentialis Io: Neiteutæ , vel Matth. Blaftaris , vel Manuels Malaxi præscribitur . Olim multo plura eiusmodi scripta , quibus canones legeisque inter se conferebant extitere . Balsamon in cap. 2. Trullan: εἰδὼν γαρ μηδε τοικυτα βιβλία πάρα πολλοὶ εξιστογοῖς ανθέρασ . „ Innumerabiles tamen , les libros vidi apud mul- tos non aspernendos ho- mines . „

[40] Leo Allatius de consens. uniusq. Eccles. p. 221. & 227. *νομοκανόνων* institutum improbat , Graecorumque erga Imperatores adulacioni tribuit , tum Iustinianum increpat , quod ecclesiastica imperialibus constitutionibus perturbarit . At quantum innixus sit ratione , non video . Evidem viri principes statuere leges

queunt , ad divinas & ecclæsiasticas res promoven- das , non tamquam iudices , sed vindices Ecclesiae . Conf. Petr. de Marca . Concord. Sa- cerd. & Imp. II. 3. Vedel. de episcop. Constantin. M. , ce- terosque . Nec vero Iustinianus primus sed inde usque a Constantino christiani principes constitutiones de rebus ecclesiasticis edidere . Leges tam sacras , quam profanas a Constantino per- latas referunt Eusebde vit. Constantin. , Fr. Balduin. in Constantin. M. , Iac. Go- thofred. comm. ad Codic. Theodosian. Add. Ant. Con- tinuum in admont de fals. Constantin. legit.

[41] Contr. M. Britan. Reg.

[42] Diss. de origin. art. & auct. iur. canonic.

[43] De concord. Sacerd. & Imp.

Giniani, qui centum supra triginta circiter annos post Theodoritum imperavit. Huiusmodi *Nomocanonem*, et si privata auctoritate confessus; magnum tamen obtinuit pondus ad Photianum usque nomocanonem, qui uberior, utiliorque visus, illius nomen prope delevit; adeo ut nullo fere loco aetate sua observatum, testetur Theod. Balsamon (44). Hoc opus e MS. Bibliothecae Regis Christianissimi cum Oxoniensi codice collato evulgarunt Voellus, & Lutstellus (45).

§. VII. Sequutus est Photius Patriarcha CP., vir singulari, praestantique ingenio praeditus; sed multarum in Ecclesia turbarum auctor. Conf. Martin. Hankium (46) Allatium (47). & Colomesius (48). Is circa an. DCCCLXXX. exornavit Συναγωγὴ διατάξεων εκκλησίας τῶν, *Collectionem constitutionum Ecclesiasticarum*, in quam coniecit canones duorum conciliabulorum, quae is CPoli habuit, universa Oecumenica concilia in Oriente habita (demto VIII., in quo ipse damnatus est), & concilia, quae a Graecis Schismatis pro Oecumenicis habentur, multa item localia concilia, canones Apostolicos, & scripta Dionysii, Petri, Timothei, Theophili, & Cyrilli Alexandrinorum Episcoporum, atque etiam Gregorii Thaumaturgi, Basili Caesariensis, Gregorii Nysseni, Gennadii, & Tharasii.

§. VIII. Idem exinde Photius Ioannem Antiochenum imitatus, *Nomocanonem* titulis XIV. digestum scripsit, quo priori canonum collectioni ciuilium legum collationem adiecit. Hunc nomocanonem in ~~extremis~~ versibus politicis rededit Mich.

S. VII.
Colle&gio
constitu-
tionum
ecclesias-
ticarum
Photii.

S. VIII. I.P.
fius Photii
Nomocan-
non.

[44] Suppl. p. 1222.

[45] Biblioth. iur. can. vet. tom. II.

[46] In vit. Photii, quae probat in eius libro de Byzantinat. rebus, Scriptorib. I. 18.

[47] De VIII. Synodo Photian., de consens. utriusq. Eccles. II, 4.5.6.7. &c contr. Creython. exerc. XVI. seq.

[48] Diff. de scriptis Photii.

Psellus ; in gratiam Imp. Michaelis Ducae . Eudem commentariis Zanaras , & scholiis quibusdam Arsenius Monachus illustrarunt . Meliorem vero operam p̄raestit Theod. Balsamon . Hic iussu Emman. Commeni Imp., & Michaelis Archiali Patriarchae CP. opus hoc commentariis illustravit , suorumque temporum usui exaptavit ; quumque plurimae leges , quae Photii aevo obtinebant , sua aetate fuerint abrogatae , eas ad usum suorum temporum.adcommodavit ; quodque in Photiano nomocanone deerat , id emendare , ac repurgare Imperatoria , & Patriarchica potestata iussus est . Latinam porro commentariorum Balsamonis in nomocanonenem , conciliorumque canones interpretationem , e Graeco codice Io. Tiliī ornavit Gentianus Hervetus ; cuius interpretationem edidit Guil. Morellius (49) . Mox Henric. Agilaeus eiusdem Balsamonis commentarios in nomocanonem Latine vertit , publicaque luce donavit (50) . Huiuscē versionem cum Graecis eius commentariis excudendum curavit Christ. Iustellus (51) . Tandem nomocanonem Photii , adiecta p̄raefatione , una cum eius Synodico libello , Graece , atque Latine in lucem expromsera Voellus , & Iustellus (52) .

S. IX. Sy-
topsis Ca-
nonum
PSELLI.

S. IX. A Photio ad Michaelē Psellū digrediamur . Hic vir egregie cultus inclinuit circa ann. MLXXI. regnante in Oriente Michaelē Duca , Romani Diogenis successore , cuius p̄receptor extitit . Vid. Bosquetum (53) , & Allatiū (54) . Conscriptis autem versibus politicis ὡροφις ξανθων , synopsin canonum , quam in duas dispergit par- tes : prior catholicam doctrinam de una Dei na- tura,

[49] Trident. MDLXI, 4.

[50] Basil. MDLXI, 4.

[51] Paris. MDCXV, 4.

[52] Bibliothec. iur. can. vet.
tom. II.

[53] Praef. huic collectioni

praemissa.

[54] Diff. de Psellis eorumque scriptis , quam aucham edidit Fabric. in Bibliothec. Graec.

tura , trium personarum consubstantialitate , Filii incarnatione , quamdam christianæ Theologiae summam , & brevem septem generalium conciliorum historiam ; posterior vero concilia veteri collectio ne comprehensa exhibet . Hanc synopsin e MS. Bibliothecae Caroli de Montchal , Archiepiscopi Tolosani , cum erudita praefatione , edidit Franc. Bosquetus (55) .

§. X. Post Psellum occurrit Arsenius , pri-
mum Monachus , tum Patriarcha CP. , qui circa
ann. MCCL. claruit . Hic memoriae mandavit
συνοψις των θεωριών , *synopsis divinorum cano-*
nūm . Ea non canones modo conciliorum , canonicas veterum Patrum epistolas , a Trullana Synodo confirmatas , aliaque nonnulla Graecorum scripta complectit ; sed & capita quaedam constitutionum imperialium de rebus Ecclesiasticis , quae cum canonibus congruunt . Quo factum , ut haec collectio *nomocanoni*s nomine veniat in codice MS. Bibliothecae Regiae . Hanc synopsis Graece , atque Latine vulgarunt Voellus , & Iustellus (56) .

§. XI. Venio nunc ad Alexium Aristinum , CP. litanae Ecclesiae Diaconum (57) , qui circa ann. MCCLIV. incidit . Hic autem iussu Io. Comite ni Imp. , confecit *συνοψις κανόνων* , *synopsis cano-*
nūm ; qua compendio exhibet canones Apostolicos LXXVII. , Nicaenos XXIV. , Ancyranos XXVI. , Neocaesarienses XV. , Gangrenses VI. , Antiochenos XXV. , Laodicenos XLVII. , CPolitanos VIII. , Ephesinos VII. , Chalcedonenses XXXI. , Sardenses XXI. , Africanos XXII. , Trullanos XCI. , ex Basiliī epistola I. canones XVIII. , ex epistola II. canones XXXII. , ex epistola III. canones XVIII.

E Hanc

[55] Paris. MDCXXXII. 4.

[56] Bibliotheca iur. can. vet. tom. II.

[57] Genebrard. lib. de Tripi-

s. X. Sy-
nopsis ca-
nonū Ar-
senii.

s. XI. Sy-
nopsis ca-
nonū A-
ristini.

Hanc synopsin Graece, ac Latine edidere Voellus,
atque Iustellus (58).

§.XII.E- §. XII. Ab Aristino ad Simeonem Magistrum; &
pitom.Ca- Logothetam (59) gradum faciamus. Quo primum
norum Si- tempore is viguerit, numque idem sit cum Simeo-
meonis Ma- ne Metaphraſte, qui Sanctorum vitas Graece scri-
giltrei , & Logothetae psit, mira eruditorum dissensio. Caveus (60) Ari-
ſtini aequalem facit. Voellus (61) autem Aristino
posteriorem. Fabricius (62) eundem cum Simeone
Metaphraſte iudicat: cuius coniectura, inde quo-
que adſtruitur, quod Metaphraſtes Lógothetae di-
gnitatē gessit, ut in primis a Grettero (63), &
Raynaudo. (64) ostendit. At quo tempore hic
Metaphraſtes vixerit, grandis est controversia. Ba-
ronius (65), Bellarminus (66), Possevinus (67),
aliique, eum ab an. DCCC. ad DCCCC. floruisse
tradunt. Bollandus (68) Metaphraſtem floruisse sen-
tit saeculo II. postremis Leonis Sapientis temporibus,
eiusque filio Constantino. Tandem Allatius
(69) conquifitissimis argumentis evincit, Metaphraſ-
tem ab an. circuit. MCCCXIV. ad MCCCXXX.
inclaruisse. Porro Simeon iste adornavit ~~extropum~~
~~xavener~~, ~~epitibmen canonum~~: cui inferuit canones
Apostolicos LXXXII., Nicaenos XX., CPo-
litanos VI., Ephesinos VIII., Chalcedonenses
XXXI.,

[58] Bibliothec. iur. canon. veter. tom. II.

[59] Logotheta Graece Λογοθετος, ratiocinator, discus-
tor, est qui rationes ac-
cepti, & depensi expen-
dit, ac discutit. Korum
in Imperio alii erant ec-
clesiastici, alii politici.
Conf. omnino Codin. de of-
fic. Aulae & Eccles. CP. Al-
lat. Diatrib. de scriptis Si-
meon. p. 28. seqq. Bulenger. de
Imper. Rom. III. 2a. VIII. 11.
92. 29. 30. 39. 51. & 57. Meurs.
Glossat. v. Τευχος, Κερατωπ,

Αριστηνος, Gretfer. & Goat.
ad Codin., Holman. Lexic.
univ. h.v.

[60] In histor. litter.

[61] Praef. huic collect. praemiss.

[62] Biblioth. Graec. tom. II.

[63] Not. ad Codin.

[64] In operib.

[65] Ad an. DCCCCLIX.

[66] De script. Eccles. in Si-
meon. Metaphra.

[67] Appar. facin Metaphra.

[68] Prolegom. general. ad vit.
SS. cap. I. §. 3.

[69] Diatriba de Simeonib.

XXXI. , addito scholio ad can. LX. de exarcho
dioceſeoſ, Ancyranos XXV. , Neocaſerienſes
XIV: , Sardicenſes XVIII. , Gangrenſes VII. , An-
tiochenos XXIV. , Laodicenoſ L. , Carthaginen-
ſes LXXXIV. , ex Basiliſi epiftola I. canones XVI. ,
ex epiftola II. canones XXXII. , ex epiftola III.ca-
nones XXVIII. , & canonē Trullanos LXXXVIII.
Hanc synopſin Graece, atque Latine in lucem pro-
duxere Voellus, & Iustellus (70) .

§. XIII. Simeoni adnectendus est Matthaeus Bla-
stares, Ictus Graecus, qui circa an. MCCCLX.
vigebat. Is conflavit Συνταγμα κατα συζητειον των
μητριαιων απαντων υποθεσεων των εροις και θεοις και φυσι-
κονδειν τε απα και συντετεν. *Syntagma alphabeticum*, quod
suis titulis litterarum ordine digestis, res omnes, quae
in sacris divinisque canonibus comprehenduntur,
expositae sunt. Continet etiam leges cum canonibus
collatas Imperatorum Alexii Commeni, Constan-
tini Porphyrogenetae, Leonis Sapientis, Hera-
cli, Emm. Commeni, Andronici, Alexii, Isa-
aci Angeli, & Iustiniiani. Hoc opus e duobus
Codicibus MSS. Bodleiano, & Isaaci Vossii, Grae-
ce, atque Latine edidit Guil. Beveregius (71). Mul-
ta eius loca emendavit Cotelerius (72), qui etiam
monet, plura adhuc emendanda superesse.

§. XIV. Demum Constantinus Harmenopolus,
Nomophylax (73) & iudex Thessalonicensis, unus

E 2 omnipium

[40] Biblioth. iur. can. vet.
com. II.

[71] Pande & canon. tom. II.

[72] In not. ad monument,
Eccles. Graec.

[73] *Nomophylaces*, qui olim
fuerint . docet Columella
XII, 3: in fin. , , in bene mo-
, , ratis, inquit, civitatis
, , semper est obseruatum,
, , quorum Primoribus, at-

que Optimatibus non sat
tis vifum est, nonas leges
habere, nisi CVSTODES
earum diligentissimos
haberent, quos Graeci
Νομοφύλαξ appellant.
Apud Athenienses Νομοφύ-
λαξ, Nomophylax, id est
legum cultos, officium
a Nomotheta diversum, ma-
gnique olim nominis fuit.
Vid.

Vid.

S. XIII.
Syntagma
alphabeti-
cum Bra-
staris.

§. XIV.
Epitome
canonum
Harmeno-
puli.

omnium sua aetate divini humanique iuris scientif-
simus, concinnavit Στάτιον των θείων, καὶ εργῶν πανομών,
epitomen divinorum & Sacrorum canonum. Ea
in sex dividitur sectiones; quarum prima de Epi-
scopis; secunda de presbyteris, diaconis, hy-
podiacaonis, & exorcistis; tertia de clericis; quar-
ta de monachis, & monasteriis; quinta de lai-
cis; sexta tandem de mulieribus agit. De Har-
menopuli aetate magnae sunt turbae. Freherus
(74), Suaresius (75), Gothofredus (76), Du Pin
(77). Caveus (78), Doviat (79), ceterique ad sae-
culi XII. medietatem referunt. At aliorum de hac
re sentiendum primus monuit Seldenus (80). Tan-
dem luculenter demonstravit Fabricius (81) Harmen-
opulum hunc circa ann. MCCCLXXX. , vel
MCCCLXXXIII. decepsisse. Hanc epitomen Grae-
ce cum Latina Leunclavii versione edidit Marquard-
Freherus (82).

S. XV.
Anonymi
Nomoca-
non, &
Graeco-
rum An-
tiquitatum
decreta.

§. XV. His omnibus canonum collectionibus ac-
ce-

Vid. Tull. de LL. I, 3. Tales
Nomophylaces non habue-
re Romani, ut ex Cicer. de
LL. III. 30. constat. Et male a
quit-usdam confunduntur
cum Ἱεροφυλαξ „ Hierophi-
„ lacis , five sacrarum ae-
„ dium custodibus , quod
„ Ἱεροφαντας , i. e. sacra-
„ rum caeremoniarum do-
„ stores „ vocant Iul. Pol-
lux , & Plutarch. „ in
„ Num. „ Conf. Turneb.
Advers. XIV, 12. & Beimp-
fiter. Paralipom. in Rosini
Antiqq. II, 36. In imperio
Cpolitano Nomophylacis
nomen in usu fuit ; unde
Constant. Harmenopulus
„ in tit. Epitomes divi-
„ nor. canon. „ adpellatur
Πρωτοσεβασος , Νομοφυλαξ ,
και Κρητης Θεσσαλονικης ,
„ Ρηγοπειραιτος , Nomos-

„ phylax, & Index Thef-
„ faloniacæ „ , & Th. Balsia-
mon inter titulos suos pa-
riter „ Nomophylax „ &
„ Chartophylax „ nominatur.
At quale proprie „ No-
„ mophylacis „ Cpoli offic-
ium fuerit , hodie non li-
quet . Conf. Bulenger. de
Imp. Rom. VIII, 109..

[74] Chronolog. iur. Graecor.
Rom. in praeſ.

[75] In notit. Basilicor.

[76] In manual. iur. ci vil.

[77] In Bibliothec. Script. Ec-
cles. in Harmenopol.

[78] In Hist. litterar.

[79] Praenot. Canonic.

[80] De Synedr. Hebraeor. I,
10. p. 213. seq.

[81] Bibliothec. Graec. tom.
X. p. 276. seq.

[82] Iur. Graec. Roman. lib. I.

cedat *nomocanon* in D XLVII. capita distributus , quem ex codice MS. Regiae Bibliothecae primus evulgavit , adnotationibusque illustravit Io. Bapt. Cotelerius (83) . Huc etiam referantur Synodalia de creta,& responsa Patriarcharum, aliorumque Graecorum Antistitum Chrysostomi , Gennadii , Therasii , Nicephori , Sisinnii , Alexii , Xiphilini , aliorumque permultorum , quae summa industria studioque collegit Io. Leunclavius (84) . Illud quoque haud hic praetereundum , in libris Basilicorum multa extare ex Patribus, atque conciliis selecta . Integra Basilica Graece, Latineque edidit Car. Hannib. Fabrotus (85) ; quae editio est ceteris omnibus p raeferenda .

§. XVI. Agmen claudant collectiones *poenitentialium librorum* in Oriente factae . Ioannes natione Cappadox (86), Patriarcha CP., Eutychii successor, ob miram abstinentiam cognomento *Nosteurus* , *lejunator*, qui circ.an.DLXXXII.claruit, conscripsit libellum *poenitentiale*m , sive *praxim Graecis prae scriptam in confessione peragenda*, uti ab Allatio (87) inscribitur . Eum Graece, Latineque in lucem dedit Io: Morinus (88). Eiusdem Nosteutae est *Λογος προς του μελλοντα εξαρχεων των τευχων τηνματων ινον*. Sermo ad professorum sui ipsius spiritalem filium . Instructionem continet , qua & confitens rationem confessionis pie , integreque edendae , & Sacerdos confessionis excipiendae , poenitentiae imponendae, praestandaeque reconciliationis, instituitur . Eam sequutus codicem Bibliothecae Caroli de Montchal, Archiepiscopi Tolosani , Graece, ac Latine edidit

s. XVI.
Collectiones librorum poenitentialium in Oriente factae

E 3 idem

[83] Monumentor. Eccles. Graec. tom. I.

[84] Iur. Graeco-Roman. tom. I.

[85] Paris. MDCVII. fol. tom. V.

[86] Vitam Io: Cappadocii scripsit Nicephorus Patzitz

cha CP., quae MSta extat codic. CCLXXVI. Bibliothecae Regis Galliar. teste

Cangio not.ad Zonar.p.62.

[87] De confess. utriusq. Eccles. III, 17. n. x.

[88] Ad calc.oper.de poenitent.

CAP. V. DE STATV IVR. CAN.

idem Morinus (89). Porro alias a Ioanne Ieiunatore est Ioannes cognomento *τενος υπακοης*, filius obedientiae, ut scite Allatius (90). Huius *Κανοναριου*, *canonarium* ad fidem MSti Codicis Vaticanani publicam lucem aspexit opera eiusdem Morini (91).

C A P. V.

DE STATV IVRIS CANONICI IN OCCL
DENTE A CONSTANTINO AD GRA
TIANVM.

§.I.Qui- §. I. **Q** Vam in Oriente faciem canonicum ius
bus cano- a Constantino ad Gratianum habue-
nibus Oc- rit, hactenus vidimus; quam vero
cidens an- tiquissimis hac tempestate ei obtigerit, dispiciendum nunc
tempori- est. Ante Synodum Nicaenam Occidentales non
bus usus? aliis usi disciplinae regulis, quam Sacra Scriptu-
ra, & iure non scripto. Deinde Nicaenos ca-
nones recepit, observavitque. Innocentius I.
(1), qui ann. CCCCX. pontificatum gerebat:
Ort, inquit, και περι της των κανονων παρα φυλακης,
πετροις δειν επισθαι γραφομεν, οιτινες εν Νικαια εισιν αριστεροι εις
μονοις οφειλει εξαχολεθεν και δολικη εκκλησια, ται τατας γνωριζειν,
porro quod ad canonum observantiam attinet, illis
obsequendum esse decernimus, qui Nicaeae decreti
sunt: quos solo sequi Catholica Ecclesia debet, eosque
agnoscere. Idem Pontifex (2) Theophilum Alexan-
drinum invitans ad Synodum Romae habendam,
pro disceptanda Io: Chrysostomi causa, ait: tu quo-
que iudicio accurre ad Synodum proxime in Christo
celebrandam; & illic secundum Nicaeni concilii
canones, & decreta contendere. Alios quippe canones
Romana non admittit Ecclesia. Haec autem verba
im-

[89] Cit. loc.

[90] Contr. Hottinger. p.

^{229.}

[91] Laud. los.

[1] Epist.ad Cler.CPolit.apud

Sozomen.H.E. VIII, 29

[2] In epist.ad Theoph.Ale-
xandrin.

important, omnes canones reiiciendos esse, qui cum Nicaenis non congruunt, non item eos, quos Nicaea Synodus probat, aut cum Nicaenis canonibus consonant. Quod adstruitus ex iis, quae idem Pontifex subdit: *si autem alii proferantur (canones), qui a Nicaenis canonibus dissentiant, hi ab Episcopis catholicis resificantur.*

§. II. In laudatis autem locis Nicaenorum canonum nomine veniunt etiam Sardicenses, qui Nicaenis veluti appendix quaedam erant. Quod patet ex Zosimi Commonitorio (3), quod Faustino Legato dedit ad firmandum in Africa usum appellationum in caussis Episcoporum, ubi canon in Sardensi Synodo ea de re editus, sub titulo *canonis Nicenii* proponitur. Huius rei occasionem fuisse putat Petrus de Marca (4) collectionem canonum, qua una utebatur Ecclesia Romana, cuius exemplar in vetustissimo Codice MS. Christoph. Iustelli beneficio, se vidisse adfirmat, in qua collectione hoc erat lemma *canones Nicenii*: deinde sequebatur series quadraginta canonum numeris suis distinctorum, quorum priores viginti erant genuini, verique canones Nicaeni, reliqui viginti continebant unum, & virginis Sardicenses, duobus capitibus in unum compatis, nulla Sardensis Synodi habitamentione. Pariter in compluribus MSS. Codicibus, ut Morbaciensi, Fossatiensi, Colbertino, Oxoniensi, Thuano, & Atribatensi, Sardicenses canones proxime Nicaenii subiecti, haud interrupta numerorum serie. Pro Sardensi quoque Nicaenum canonem adduxit Fulgentius Ferrandus (5).

§. II. Ni-
caenorum
canonum
nomine
etiam Sar-
dicenses
olim ve-
niebant.

E 4 §. III.

[3] Conf. de hac re Capell, de appellat. African. ad Sudem Roman., Christ. Lupum pecul. de eodem arguento dissert., Van Espen tra&. historico-canonical. part. 21. cap. ill. §. 12.

[4] Biss. de veter. canon. vol. I. 1. cap. 1. §. 3.

[5] Nonnulli verentur, re in allata Innocentii epistola, lateant quoque canones Anycyranii, Neocaesarienses, &

§. III;
Quarto
saeculo
Romana
Ecclesia
suum ha-
buit codi-
cem.

§. III. Iam vero quarto Ecclesiae saeculo Roma- na Ecclesia suum habuit Codicem. Quod educi fa- cile potest ex Siricio (6), qui an. CCCLXXXV. scripsit: *statuta, inquit, Sedi Apostolicae, vel cano- num venerabilium definita, nulli Sacerdotum Domi- ni ignorare sit liberum; itemque ex Caelestino I. (7),* qui an. CCCXXV. pontificatum gerebat: *nulli Sacerdotum suos licet canones ignorare. Si enim tum praesto non fuisset codex, a quo leges perspicerent, nequicquam Sapientissimi Pontifices id imperassent,* siisque danda venia erat, quos canones latebat. Prae- terea in Concilio Chalcedonensi (8), perlecto ab Orientalibus ex suo canonum codice canone III. C Politano pro vindicanda Episcopi C Politani pree- rogativa, Lucentius Apostolicae Sedi legatus re- posuit, canones Concilii C Politani *in Synodicis constitutionibus non haberis*, nempe non extare in co- dice canonum Ecclesiae Romanae. Hinc confici li- cet, Lucentium habuisse codicem ab eo diversum, quo Graeci utebantur, a quo aberant canones C Politani Graeco codici inserti. In eadem Chalcedonensi Synodo (9) Paschasius Apostolicae Sedi Vicarius, & Constantinus Consistorii Secretarius ex codice dato ab Aetio Archidiacono C Politanae Ecclesiae canopem VI. Nicaenum (10) recitarunt diversum

in

& Gangrenes, quos in Ni-
caena Synodo probatos con-
firmatosque fuisse, ex codi-
ce Corbeiensi demonstrare
conatur Petrus Constant
praef. ad epist. Rom. Ponti-
fic. ; proindeque iis etiam
Romana Ecclesia tunc uisa
sit. Quod ipse adfirmare
non ausim.

[6] In epist. ad Hieron. Tarra-
conens.

[7] In epist. ad Episcop. Apul.
& Calabri.

[8] Act. XVI.

[9] Cit. Ag. XVI.

[10] Observandum his hunc
Ecclesiae Romanae codi-
cem sextum Nicaeni I. Con-
cilij canonem retulisse
cum additione „ Romana
„ Ecclesia semper habuit
„ psumatum „ quae verba a
Graecorum codice abfuisse,
patet ex Concilio Chalce-
donensi cit. a&. XVI. De eo
canone in diversa studia
disputant Valeius pecul-
piss. Bacchini diff. de Eccl-
esiastic. hierarch. originib. de
Magia de concord. Sacerd. &

IAP.

in modum, quo Graeci : unde liquet , codicem quo
ii legati usi sunt , alium ab illo fuisse , quo Graeci
utebantur. Huc tandem accedat Dionysius Exiguus,
qui ad novam canonum versionem se adactum ait,
*quorumdam hortatione, qui pristini Romani codicis
confusione offenduntur.*

§. IV. Hic autem antiquissimus Romanae Ecclesiae codex & Conciliorum canonibus , & Pontificum constitutionibus constabat, ceu laudata Siricij verba conficiunt, *Statuta Sedis Apostolicae, vel canonum definita.* Quod ad canones, habebat is canones Nicaenos XX., atque Sardicensis XXI., non interrupto numerorum ordine ; nempe post canonem Nicaenum XX., vigesimus primus erat Synodi Sardicensis. Praeter hos, num alii extiterint canones, incertum est . Aberant certe ab eo codice canones Concilii CPolitani I., uti supra ostensum est. Quod vero pertinet ad Pontificum constitutiones , nulla huic codici inserta epistola Pontificum Siricio antiquiorum ; nam Dionysius Exiguus , cuius aevo extabat huius codicis exemplar , nullam Decessorum Siricij epistolam potuit invenire . Quorum vero Pontificum constitutiones complexus sit , ignoramus .

§. IV.
Quibus
constabat
antiquis-
simus Ro-
manae Ec-
clesiae co-
dex ?

§. V. Veterissimum hanc Romanae Ecclesiae codicem temporis iniuria nobis invidit. Iam Voellus, atque Iustellus (11) e MSto Bibliothecae Christoph. Iustelli editionem huiusc codicis fecisse sibi visi sunt. At Io: David (12) hunc genuinum Ecclesiae Romanae codicem non esse, demonstrat. Et esse Graeculi alicuius opus, non abs re suspicatur Ques-

§. V. Co-
dex cano-
num veter-
issimus
Ecclesiae
Romanae
deperiit.

Imp. l.3. Lauroi. diss. de re-
cta interpret. canonis VI.
Nicaeni. His addantur Si-
mondus, Salmasius, Gotho-
fredus, Guntherius, Arri-
ghius, Huetius, Alean-
der, ceterique, qui de sube-

urbicariis regionibus , &
Ecclesiis differuerent.

[11] In Bibliothec. iur. cano-
nic. veter. tom. I.

[12] De canonic. indic. Epis-
copor. cap. ill. art. III.

nellus (13). Genuinus quoque codex non est , quem publici iuris fecit Franc. Pithoeus (14) sub titulo *codicis canonum veteris Ecclesiae Romanae ad veteres MSS. codices restituti , & notis illustrati* . Demum novam editionem ex duobus MStis Thuano, ex Oxoniensi confecit Paschas. Quesnellus (15). Hic autem contendit (16) , hunc codicem omnium editorum vetustissimum, amplissimumque esse; eum codicem indicari a Dionysio Exiguo (17) , qui scribit, se ad novam versionem adactum a Laurentio Diacono, *confusione priscae translationis* offendit; huiusc collectionis auctorem fuisse Leonem I.; tandemque eumdem in usu fuisse in Romana Ecclesia ab Innocentio I. ad Leonis I. Pontificatum . Sed haec Quesnelli commenta conquisitissimis argumentis perculit Petrus Coustantius (18) , canonumque codicem , pro cuius vetustate, atque auctoritate ille pugnavit , non nisi inconcinnam , perturbatamque canonum collectionem sexto demum ineunte saeculo a privato quodam consarcinatam, luculenter demonstravit .

S.VI. Codex canonum Ecclesiae Africanae.

§. VI. Peculiarem codicem Africana Ecclesia habuit, quae non aliis modo codicibus , sed & peculiari hoc usq; est. Constat autem Africanis Conciliis, nempe Hippomeni an. CCCLXXXIII., Carthaginensi an. CCCLXXXIV., Carthaginensi an. CCCLXXXVI., Carthaginensi alio eiusdem anni, Milevitano ann. CCCCII., Carthaginensi ann. CCCCIII., Catthaginensi an. CCCCVII. Carthaginensi an. CCCCCVIII., Carthaginensi an. CCCCCIX., Carthaginensi ann. CCCCCX. Carthaginensi ann. CCCCCXVIII.

[13] Diff. de canon. codic. Eccles. Roman.

[14] Paris. MDCLXXXVII. fol.

[15] Sub titulo,, codicis ca-
,, non. ecclesiastic. & Con-
,, stit. S. Sedis .,; Paris.
MDLXXV, 4. & sub titulo

Appendix S. Leonis M.,
Lugdun. MDCC. fol.

[16] In praef. codicis suo
praefix.

[17] In praef. codicis sui.

[18] Praef. epistolar. RR.

Pontific.

IN OCCIDENTE A CONST. AD GRAT.

CCCCXVIII., & Carthaginensi an. CCCCXIX. Fuisse prae ceteris de his Synodis Petrus de Marca (19), & Christoph. Iustellus (20). Hic codex primum Latine (21) scriptus est ab incerto auctore, privata auctoritate; deinde an. CCCCXIX. in Synodo Carthaginensi confirmatus est, inque Graecum sermonem versus ab incerto auctore; & non solum codici Ecclesiae Orientalis insertus est, verum etiam a Dionysio Exiguo in codicem canonum Ecclesiae Romanae receptus. Hunc codicem ad fidem MStorum, & praesertim vetustissimi codicis Nicolai Fabri, Graece, Latineque edidit, & adnotationibus instruxit Christoph. Iustellus (22): exinde recudendum curarunt Voellus, & Iustellus filius (23). Edidere quoque Beveregius (24), & Holstenius (25). Porro non Africana modo Ecclesia, sed & Gallica, Hispanica, & Britannica suum olim peculiarem canonum codicem habuere; de quibus conservatur Christoph. Iustellus (26).

§. VII. Progredior nunc ad Dionysium Exiguum, Monachum (27), morum sanctimonia, & doctrina, praesertim Graecae, Latinaeque linguae clarissimum, natione Schytam, moribus, atque domicilio Romanum, qui sub Iustiniano Imp. usque ad an. circ. DXL. inclaruit. Hic hortatu potissimum Stephani Episcopi Salonitani, quod vetus Latina Graecorum canonum versio obscura videretur, novam elegantiores, adcuratioremque instituit, &

S.VII. Co-
dex Cano-
num Dio-
nysi E-
xigui.

[19] Diff. de veterib. canon. collectionib. cap. IV. seqq.

[20] In praefat. huic codici praefixa.

[21] Africana Concilia Latine non Graece scripta sunt, ceu contra nonnullos adstruit Iustellus cit. praef.

[22] Paris. MBXIV, 4.

[23] Bibliothec. iur. canonice vet. tom. II.

[24] Pandect. canon. tom. I.

[25] Apud Labbeum collig.

Concil. tom. II.

[26] In cit. praef.

[27] Anne Dionysius hic fuit etiam Abbas? Adfirmat Beda de tempor. rat. cap. XLV., & Baronius ad an. BXXVII. Negant contra Calliodorus Dionysi aequalis, & familiaris Divin. Legion. cap. XXIII. & Pagius Critic. Baronian, ad A. D. BXXVI.

quidem ante an. DXXV. (28) . Ea duabus absolvitur partibus. Prior continet canones Apostolicos L., Nicaenos XX. , Ancyranos XXIV. , Neocaesarienses XIV. , Gangrenses XX. , Antiochenos XXV. , Laodicenos LIX. , CPolitanos III. , Chalcedonenses XXVII. , Sardicenses XXI. , Carthaginenses , & diversorum Conciliorum Africanorum canones CXXXVIII. (29). Posterior vero pars, quam hortatu Iuliani Presbyteri , tit. S. Anastasiae , qui adfuit Synodus Romanis ann. CCCCLXXXIV. , & CC CLXXXIX. , confecit , Romanorum Pontificum decretales epistolas (30) continet a Siricio ad Anastasium usque, quas e scriniis Romanæ Ecclesiae diligenter excussis petivit , ut idem testatur (31).

Aliae

[28] Id colligitur ex eius epistola paſchali ad Petron. episcop., & epilt. ad Iulian. Presbyter. tit. S. Anastasiae Conf. Petav. de doctr. tempor. & Bevereg. in iudice de canonib. Apoſtolor.

[29] Primus e Latinis Dionyſius codici inferuit canones Apostolicos L. & CPolitanos, quos aeo Gregorio I. Romana Ecclesia nondum receperat.

[30] Observanda hic duo. I. Orientales in colligendis Conciliorum canonibus Occidentalibus exemplo fuisse ; in colligendis autem Pontificum decretalibus , Latinos Graecis praeivisse , ipſisque Latinis Dionyſium hunc. II. Nullam decretalium epistolarum collectionem ante Dionyſium exornatam ; eti decretales Pontificum Romanorum , ac nominatim Clementis, Cornelii, & Victoris suam apud veteres auctoritatem habuerint . Quin Clemen- tis epistolas encyclicaes in

omnibus Ecclesiis lectae sunt . Epighan. XXX, 15. Praeterea Cypriani Carthaginensis , Dionyſii Corinthis , Ignatii Antiocheni , Polycarpi Smyrnensis , Theocriti Caſfareae Palæstinae , Irenaei Lugdunensis , Dionyſii Alexandrinis , Pinyti Gnoſſorum in Cre- ta, & Dionyſii Alexandri- ni epitolea suam apud veteres auctoritatem obtinuerunt.

[31] Retulit etiam Dionyſius Capitula Caeleſtini Pa. Ea Quesnellus Leoni M. tribuit, Vrſius H. E. tom. XIII. p. 172. Prospero adſcribunt Fabricius Bibliothec. Med. & infim. Batini- tat. tom. 1. collecta tradit iuſſu ipſius Caeleſtini; alii ſub Xyſto III. collecta ſen- tiunt . Caeleſtino demum ea Capitula pluribus vin- dicat Io: Bapt. Faure „ diſ. de Capitulis S. Caeleſtino olim tributis , co- rumque dogmatica au- toritat.,,

Aliae vero decretales ab Hilario ad Gregorium iuniorum a posteriori Anonymo adiectae. In hunc codicem adnotaciones, emendationes, variasque letiones conscripsere Petrus, & Franciscus Pithoei. Edidit etiam Christoph. Iustellus (32), quem interpolato codice usum, adserit Quesnellus (33). Tandem recudendum curarunt Voellus, atque Iustellus (34).

§. VIII. Iam vero Dionysium e Graecis exemplaribus canones ecclesiasticos composuisse, inquit Cassiodorus (35). Quaerunt eruditii, quo potissimum codice usus sit. Io: David (36) coniicit, Graecam collectionem, qua usus est Dionysius, ab aliquo schismaticorum, qui Ioanni Antiocheno adhaeserat, exornatam fuisse, eo fretus argumento, quod in eum codicem coniecti non sint canones Ephesinae Synodi; hancque fraudem non nisi ab iis proficiisci potuisse, quibus concilium hoc exosum fuerat; quippe quod in eo damnati fuere. Sed vide quae ei reposuit Nat. Alexander (37). Profecto ex laudatis Cassiodori verbis observare licet, Dionysium non Romano canonum codice, sed pluribus Graecis exemplaribus quum strictius ordinando, tum castigatius elegansque vertendo, usum fuisse.

§. VIII.
Quo Graecis
co codice
usus Dio-
nysius?

§. IX. V.
fus Dio-
nyiani
codicis in
Ecclesia
Romana.

§. IX. Dionysianam collectionem, ubi prodiit, Romanae Ecclesiae, atque adeo universi Occidentis usu receptam, testatur Dionysii aequalis Cassiodorus (38). Sic sexto ineunte saeculo Ioannes II. (39) Decreta Siricii P., canones Apostolicos, & Antiochenos e codice Dionysiano exscripsit. Et Nicolao I. (40) ac Leoni IV. (41) *codex canonum dicta est.*

Verba

[32] Paris. MBCXXVIII, 8.

[33] Ad Leon. M. p. 774. seq.

[34] Biblioth. iur. canon. vet. tom. I.

[35] Divinar. lect. cap. III.

[36] Cit. lib.

[37] In saec. III. dist.

[38] Cit. loc.

[39] Epist. ad Caesar. Arela-

tens. apud Labb. collect. Con.

cilior. column. MDCCCLVI.

tom. IV.

[40] Apud Gratian. dist. 29.

can. 1.

[41] Dist. 20. can. 1.

Verba porro Cassiodori scribentis , canones a Dionysio collectos , hodie usū celeberrimo Romanam Ecclesiam complecti , accipienda sunt de canonum interpretatione a Dionysio instituta . Sane Romana Ecclesia non ita Dionysianam collectionem probavit , ut canones ea contentos , quos antea non probarat , aut suscepserat , comprobaverit ; sed Latinam ipsius Graecorum canonum versionem , quod sententiam canonum iam receptorum proprius effingebret , veteri spreta , recepisse . Hinc canones C Politanos , Dionysiano codici insertos , Romana Ecclesia non probavit , teste Gregorio M. (42).

**§. X. Usus
Dionysianae collec-
tionis in
Gallia.**

§. X. In Galliis autem Dionysianam collectionem , ut edita est , priore interpretatione spreta , receptam opinatur Petrus de Marca (43) , tum quia apud Sedem Apostolicam vigebat , tum etiam , quod nitore suo commendabatur prae squalore veteris interpretationis , etsi hanc omnino Galli non deseruerint . At vero Iac. Petitus (44) , Christoph. Justellus (45) , Quesnellus (46) , Carol. le Coite (47) , Pagius (48) , aliqui contendunt , ante Carolum M. Gallicanam Ecclesiam haud suscepisse Dionysianum codicem , neque Gallicana Concilia Graecos canones ex Dionysiana versione adhibuisse . Sirmondus (49) vero Gallos Dionysiana collectione aliquando usos , vel antequam eius exemplar ab Hadriano I. sub Carolo M. acciperent , ex veteri canonum collectione Bibliothecae S. Benigni Divionensis , aliisque monumentis Carolo antiquioribus , demonstrare conatur . Postea vero quam Hadrianus I. huiusc

col-

[42] Lib. VII. ep. 24.

[43] De Concord. Sacerdot. & Imp. III, 3.

[44] In praef. collectioni canonum præfixa , quam ad fidem vetustissimi Ms. cum Poenitentiali Theodori Cantuariensis primus edidit.

[45] Praef. codici canon. Eccles. univers. præposita.

[46] Diss. de primo usu codicis canon. Dionysi Exigui.

[47] Annal. Francor. tom. VI, p. 44. seq.

[48] Critic. Baronian. ad an. DXXVII.

[49] In collect. Concl. Galliae,

collectionis exemplar Carolo M. obtulisset, Dionysianam collectionem Gallorum more receptam, satis constat ex Conciliis, quae paullo post habita sunt.

§. XI. Eodem prope tempore, quo Dionysius Romae, Fulgentius Ferrandus, Carthaginensis Ecclesiae Diaconus (50), qui circa an. DL. decessit, confecit in Africa *Breviationem canonum*, impulsus a Bonifacio Carthaginensi Episcopo, ut post reversos ab exilio Episcopos, & clericos, Ecclesiae disciplina restitueretur. Constat eiusmodi Breviatio capitibus CCXXXII., quae maximam partem decerpta sunt ex veteribus collectionibus, nisi quod Chalcedonensis Synodi canonibus usus non est. Adiecit & multos Africanorum Conciliorum canones, quorum alibi mentio nulla, nempe Zellensis (51), Suffetulensis, Septimunicensis, Macrianensis, Mazaranensis, Thenniatani, & Truditanii. Huiusmodi Breviationem multis scatere erroribus, docet Quesnellus (52). Eam e codice MS. Ecclesiae Trecensis edidit Franc. Pithoeus (53); exinde cum Dionysii Exigui vertione Christoph. Iultellus (54); postea emendatiorem suis annotationibus, & antiquo indiculo addito, recudendam curavit Ant. Dadin. Alteserra (55); subinde suarum notationum accessione evulgavit Franc.

S. XI. Col-
lectio ca-
nonum
Fulgentii
Ferrandis

[50] Plura de Ferrando da-
bunt Facundus Hermi-
nens. Episcop. in defensione
trium Capitulor. IV. 3., Vi-
ctor Tunonens. Episcop.
Chronica ad an. VI. post Consulat.
baulii, Sigebert. de
illutrib. Scriptorib. cap.
XXVIII, & XXIX. Conf.
etiam Petr. Chiflet. praef.
ad opera Ferrandi.

[51] Num Zelense Concilium
idem sit cum Tellensis, quod
,, Teleptense,, legendum
mavult. Chifletius, magna
dissenso est. Vid. Baluz. diss.
de Concilio Teleptensi; ex

Conciliis autem Zellensis, si-
ve Teleptensis, sive Tellen-
sis gestis extat nunc episto-
la Siricci P., ad Episcop.
„ Africæ „ cuius capita
quinque Breviationi luæ
Ferrandus inseruit. Eam
supposititiam ducunt Blon-
dellius, & Quesnellus. At
genuinam esse a Schelitra-
teno, Baluzio, & Constantio
satis ostendunt eit.

[52] Diss. XV. ad Leon. M.
p. 238.

[53] Paris. MDLXXXVIII, 8.

[54] Paris. MOCLXXXVIII, 8.

[55] istav. MOCLXXX. 8.

Franc. Chifletius (56); demumque recuderunt Voëllus, ac Iustellus (57).

§. XII:
Colle&gio
canonum;
Orienta-
lillumMar-
tini Bra-
catensis.

§. XII. Non ita multo post Martinus, natione Pannonius (58), primum Dumiensis Coenobii in Gallaecia Abbas, deinde Archiepiscopus Bracaren-sis, inclariuit circa an. DLXXII., nam praefuit Con-cilio Bracarensi II. eodem anno habitu. Is conflavit collectionem *Orientalium canonum*, in capita LXXXIV. tributam, in gratiam Ninigesi Lucensis Gallaeciae Episcopi; qua novam Graecorum cano-num versionem instituit, quod vetus obscurior, pa-rumque fidelis ei videretur. Hunc autem ordinem inicit, ut primum canones ad Episcopos, subinde ad clericos, demumque ad laicos spectantes exhibeat. Martinus porro interdum canones diversorum con-ciliorum in unum capitulum conflavit, ut liquet ex capitulo XXXII., quod ex canone III. Concilii Ni-caeni, canone XV. Concilii Bracarensis I., & cano-ne VI. Toletani I. constat: interdum quaedam addidit, detraxit, immutavit, ceu ex eodem capitu-lo apparet: nonnumquam in contrarium sententiam torcit, ut ex capitulo XXXIX. liquet. Hoc opus edidit Severinus Binius; deinde adscriptis margini variis lectionibus, fontibusque, a quibus ii cano-nes hausti sunt, studio Ioannis Doviat illustratum, in lucem protulere Voëllus, atque Iustellus (59) (60).

§. XIII.

[56] Divion. MDCXLIX, 4.

[57] Bibliothec. iur. canon. vet. tom. I.

[58] Ant. Augustinus, Loayfa, Florens, aliquique affe-runt, Martinum hunc na-tione Graecum fuisse, freti testimonio Isidori Hispanensis de vir. illustrib. cap. XXII., & Honorii Augu-stodenensis. At ex Grego-rio Turonensi, Amoino, &

epitaphio ei posito, Mar-tinum e Pannonia oriun-dum, demonstrarunt Du-pin Biblioth. Eccles. part. V. & Aubertus Miraeus Schol. ad cit. Hispanensis loc.

[59] Bibliothec. iur. canonica veter. tom. I.

[60] Observandum hic, Gra-cianum canones a Martini collectione arcensitos lauda-

§. XIII. Consistam nunc in Cresconio, sive Crisconio, Africano Episcopo, qui circa ann. DCLXXX. claruit. Duplex Cresconi opus circumfertur, sive potius unius operis duas partes, quarum altera *Breviarium Canonicum* appellatur, quo Ferrandum imitatus, brevibus quibusdam summulis singula ecclesiasticae disciplinae capita complexus est, indicatis tantum conciliorum canibus, Pontificumque decretis, non ad verbum relativis; altera vero *Concordia canonum*, sive *liber canonum* dicitur, quo canones, atque decreta integra referuntur eodem ordine, quo in Breviario laudantur. Hoc opus primus e Codice MS. Ecclesiae Trecensis in lucem extulit Petrus Pithoeus (61); deinde Ant. Dadin. Alteserra (62); postea Franc. Chifletius (63); tandemque Voellus, & Iustellus (64).

§. XIV. Est & *Codex canonum*, seu integra canonum collectio, non epitome, uti contra Canarium, aliosque, ex pluribus exemplaribus eius codicis, quae in Gallicanis prostant Bibliothecis a Sirmondo demonstratum est. Eam Hadrianus I. in usum Occidentalium Ecclesiarum Carolo M. obtulit, tertia vice urbem invisenti, idest an. DCCLXXXVII., ceu Sirmondus (65), & Iustellus (66) contecere. Continet autem decreta Pontificum Romanorum a Sircio ad Gregorium Iuniorem; itemque canones Apostolicos XLV., Ancyranos XXIV., Neocaesarienses XV., Gangrenses XX., Antiochenos XXV.,

s. XIII.
Breviarium
canonicum
Cresconii.

s. XIV.
Codex ca-
nonum
Hadriani
I.

re sub nomine Martini Pa-
pae, qua in re labitur, dum
sibi persuader, Martinum
fuisse Pontificem Roma-
num, quod Papa passim di-
ceretur. Olim enim Episco-
pi omnes Papae dicebantur
Conf. Ludov. de la Cerdas
Advers. Sacrar. cap. LXXII.,
Lupus in dictat. Gregor.
VII. can. 2., Ant. Augustina
deemendat. Gratian. lib. II.

- | | | |
|---|------|---|
| F | Lao- | Dialog. ro. |
| | | [61] Parisi. MDLXXXVIII, 4. |
| | | [62] Augustae Pieton. MDCXXX, 4. |
| | | [63] Divion. MDCXLIX, 4. |
| | | [64] Bibliothec. iur. canonic. veter. tom. I. |
| | | [65] In Collection. Concilior. Galliae tom. II. |
| | | [66] Bibliothec. iur. canon. veter. tom. I. ante p. 97. |

Laudicenos LIV., Sardicenses XXI., Carthaginenses XXXIII., & diversorum Africanorum Conciliorum canones CV. Hoc opus primus Henricus Caninius (67); deinde Labbaeus (68), & Harduinus (69) edidere.

s. XV. **¶. XV.** Venio nunc ad canonum collectionem, quae *Isidori Mercatoris*, sive *Peccatoris* nomine afferatur. De eius auctore magnae sunt eruditorum turbæ. Isidorum Hispalensem Episcopum faciunt Hincmarus (70), Trithemius (71), & e recentioribus Possevin (72). Male. Completetur enim quaedam Hispalentia an. DCXXXV. denato, plane recentiora, nempe Concilium Toletanum XI., CPoliticalium III., epistolas Gregorii II., & III., Zachariae P., & Bonifacii Archiepiscopi Moguntini. Praeterea Braulio Caesaraugustanus Episcopus, qui cum Isidoro Hispalenti familiarissime usus est; in catalogo operum *ipfius*, decretalium epistolarum non meminit, quae Pontificibus Siricio antiquioribus adscribuntur: ut nec S. Idelphonsus Toletanus Episcopus. Porro Isidorum Hispalensem eius imposturae auctorem iactare, quum eius sanctimonia, & doctrina vetant, tum codices MSS., maxime Vaticani, & codex S. Mariae supra Minervam, qui eam collectionem Isidori *Mercatori*, seu *Peccatori* tribuunt. Morinus autem suplicatur, auctorem fuisse Isidorum quemdam magni nominis Monachum, qui se *Peccatorem* dicere solebat, eumque ab Episcopis ad hoc opus impulsum, & ex Peccatore *Mercatorem* amanuensium olicitantia factum. Petrus de Marca (73) *Peccatoris* cognomen Isidoro tribuit, eumque Episcopum fuisse coniicit, quod veteribus Episcopis conciliorum de-

[67] Antiq. lext. tom. VI.

[68] Collect. Concil. tom. VI.
p. 800.

[69] Collect. Concil. tom. Ith.
p. 2033.

[70] De Scriptor. Eccles.

[71] De Scriptor. Eccles.

[72] Apparatus. Sacrae in Isidor.
Mercat.

[73] De concord. Sacerdot. &
Imper. III, 6.

Decreta subscriptib⁹ solleme fuit, se se Peccatores cognominare, ut ex Conciliis Turonensi I., Parisiensi III., Turonensi II., & Matisconensi I. constat: parique modo Graeci se *apagodus*. Peccatores, cognominare consueverunt. Hunold. Plessebergius (74) putat, Isidorum Mercator em Setubensem Episcopum fuisse collectionis huiusce auctorem, laudatque Luitprandum (75), & Chronicon Juliani Toletani, editum Parisiis a Laurentio Ramireto, ubi scriptum est, Isidorum istum Episcopum Setubensem opere cuiusdam Monachi compilationi vacasse, obiisseque an. DCCCV. Schelstratenus (76), & Pagius (77) collectionem hanc Isidoro *Mercatori*, sive *Peccatori*, aut certe alteri, qui eo nomine latet, adscribunt; Porro Baluzius (78) Hispanum facit. Blondellus (79) esse adserit Episcopum quemdam Germano-Francum, Caroli M. imperio subiectum. Maastricht (80) Francum, aut Gallo-Francum statuit. Pronior ego sum in sententiam Natal. Alexandriae (81), omnino incertum esse, quinam, & cuius auctor ille fuerit, qui sub Isidori larva voluit delitescere.

§. XVI. Quo primum tempore Isidori collectio eruperit, non satis liquet. Struvius (82) octavo saeculo prodidisse adhuc mat. Fabricius (83) post annum DCCC. factam existimat. Van Espen (84) appuruisse ait circa octavi saeculi exitum, quod eius nemo meminit ante Ricalphum Moguntinum Episcopum, qui an. DCCLXXXVI. Lullo Moguntino Episcopo successit, uti traditur nescio an vere in Annalibus incerti Auctoris, a Petro Pithoeo editis.

F 3 Per-

s. XVI.
Quo tem-
pore Isi-
dori col-
lectio ap-
paruit.

[74] Introd& ad ius Canon. cap. XI. §. 7.

[75] Chronic. ad an. DCCXIX.

[76] Antiquit. illustrat. diss. III. cap. III. artic. 5. num. 3. tom. II.

[77] In Anaclet. n. 3.

[78] Praef. ad Reginon.

[79] In Turriano. & Pfendorf.

Isidoro vapulantib. n. 223.

[80] In histor. iur. canon.

[81] In saec. I. diss. XXI. art. 2.

[82] Hist. iur. canon. §. XV.

[83] Biblioth. Graec. VI, 1, §. XX. n. 1. tom. XI.

[84] In monit. ad Rector. praefix. Opp. part. V.

Porro vir in primis clarissimus lo: Bapt. Bartholus. (85) non abs re contendit, circa saeculi noni medietatem apparuisse Isidorianam collectionem; quoniam habet quaedam ex epistola Abbatissae Eangyth ad Bonifacium Moguntinum Archiepiscopum post anno DCCXX. data, & ex epistola ~~eadem~~ Benitacii ad Ethelbaldum Merciorum Regem ann. DCCXLV. scripta; quaedam item ex Synodo Romana anno DCCCXXI., & Parisiensi VI. an. DCCCXXIX. Praeterea Leonis IV. aeo , qui an. DCCCXLVII. decepsit, nondum Isidorianam collectionem innotuisse, ex eiusdem Pontificis (86) silentio educi potest; is namque recensens decessorum suorum decretales, quibus Romana tunc Ecclesia utebatur, nulla veterum Pontificum mentione decretalium habita, a Sircii epistolis exorsus est. Vide quoque quae de hac re difficit vir egregie doctus, Carolus Blascus (87).

§. XVII.
Qua mente
Isidorus tot
epistolias
confiterit.

§. XVII. Quam ob causam male feriatus Isidorus tantum suscepit laborem in tot epistolis, scriptisque configendis, eruditii quaerunt? Putant non nulli, factum studio Romanae Sedis dignitatem, auctoritatemque tuendi, quod eius Sedis amplitudinem, summamque in provincialia Concilia potestatem commendat. At non obscure ab eodem Isidoro (88) educi fas est, mentem perpatrandi facinoris suscipe, ut Episcopis criminis arcessitis prospiceret. Hoc idem luculentius innotescit ex scriptis in eam collectionem coniectis, quibus eamdem palinodiam ad satietatem, molestiamque canit. Quamvis enim Romanae Sedis dignitatem merito effert; eo tamen semper pergit, ut Episcopi Synodis provinciae damnati ad illam configuant.

§. XVIII. Complectitur autem Isidoriana expiatio

[85] Instit.iur.canon. cap.L,

[86] Epist. ad Episcop. Britan-

[87] De collection. canon.

Isidor. Mercator.

niae.

[88] Praef. collectioni sua-

præfixa.

latio non canones modo Apostolicos, sed & Pontificum Romanorum decretales, qui Siricium aetate anteivere. Ecquis in ecclesiastica historia est tam hospes, quam lateat, eiusmodi epistolas ab ipso vulgarato Isidoro ementitas? Hincmarus Metropolita Remensis (89), qui an. DCCCLXXXII. obiit, eas decretales sublestae fidei, & e canonum numero dependas, afferuit. Hincmar sententiae multi Galliarum Episcopi ad stipulati sunt. Contra pro illis aduersus Gallos disputavit Nicolaus I. (90). Eadem disputatio sub Hadriano II., Ioanne VIII., aliisque Pontificibus instaurata est. Porro Benedictus Levita non obscure innuit, eas epistolas haud esse genuinas; quippe qui eas suppresso auctoris nomine laudat, ne impostura detegeretur, ut observavit Baronius (91). Quidquid sit, illud indubium est, ab anno DCCCC. ad saeculum usque XIV. earum decretalium fidem per universum Occidentem viguisse. Quare novum canonicum in Occidente, praesertim quoad iudiciorum ordinem, ex Isidoriana canonum collectione exortum est.

§. XIX. Circa Concilii Basileensis tempora, hoc est an. MCCCCXXXI. Nicolaus Cardinalis Cusanus (92) quarundam earum decretalium fidem in dubium evocavit. Et Kalteisenius Monachus, qui ante annos circiter CCL, inquisitor haereticae pravitatis extitit, diserte ad firmat, *in epistolis hisce penitus se fundare volentes*. Romanam Sedem omni laude dignissimam plus quam expedit, exaltare, quoniam tamen omnino non videantur illorum sanctorum epistole, consideratis contentis in iis. Postea Baronius (93), Bellarminus (94), Bond (95), Perronius F 3 (96),

- [89] Opusc. adv. Hincmar. Laudunens. & in Capitula-
rib. LV. 25. & 43.
[90] Epist. XLII. ad Episcop. Galliar.
[91] Ad an. DCCCLXXXIII. An-
- [92] De concord. Catholicis,
37. & III, 2.
[93] Ad an. DCCCLXXXIII.
[94] De Roman. Pontific. II, 14.
[95] Rer. liturgie, lib. I,

(96), Ant. Augustinus (97), Luperus (98), Cointius (99), Schelstratenus (100), Ant. Pagius (101), Bor-tonus (102), Baluzius (103), Fleury (104), Cl. Bla-scus (105), ceterique multis, iisque solidissimis ar-gumentis demonstrarunt, epistolas Pontificum Siri-cio antiquiorum a personato illo Isidoro, ad certi-simam incautorum fraudem, confitatas fuisse. De-mum superioribus retro temporibus gravissima de-hac re controversia exarsit inter Franciscum Tur-rianum S. I., & Davidem Blondellum Calvinianae sediae addictum. Ille (106) enixo studio, proiecta-que industria, decretales illas Pontificibus, quibus adscribuntur, vindicare conatus est. Hic contra (107) decretales illas ab ipso Pseudo-Isidoro confi-tas, improbo labore demonstravit (108). Ad Tur-riani partes se se adiunxere Bonaventura Malvisia (109), & Cardinalis de Aguirre (110). Sed ii ad-

ver-

[96] Respons. ad M. Britan-niae Reg.

[97] Notas ad Capitul. Ha-driano adscript.

[98] Scholae Dictat. Gregor. X.can.3.

[99] Annal. Eccles. Francor. ad ann. DCCLXXXV. tom. VI.

[100] Antiquit. illustrat. diss. III. cap. II. art. 5.

[101] Ad ann. C.

[102] Diss. isagogic. Decret. Gratian. praemiss.

[103] Praef. ad Ant. Angu-lende emendat. Gratian.

[104] Diss. praemissa Hilt. Ec-cles. tom. XVI.

[105] Cit. oper.

[106] Libris V. pro canonib. Apostolic. & Constitut. Pon-tific. adv. Magdeburgensi.

[107] In Pseudo-Isidoro, & Turriano Vapulantib.

[108] Commendandus im-probas Blondelli nitus in Isidorionarum epistolarum impostura latissime demon-

stranda. Insectandavero pro-jecta eius audacia, qua nula veritatum, purissima-rumque sententiarum non decretalibus traditarum ra-tione habita, eas convicijs proscindit. Quod autem iau-derat se primum earum ep-i-stolarum videret, observa-feret, eti cachinnis excipien-dus; iam enim ante ipsum haec putida Isidori com-men-ta suboluete Hincma-ro Reimenis. Benedicto Le-vitae, Raiteisenio, Baronio, Cusano, aliisque catholicis: unde praelare vir emune-stae naris Iac. Simonodus dixisse fertur,, Blondellum in totis viribus incredibili-que conatu apertum o-nnium effregisse,,

[109] In nuncio veritatis David. Blondello missio.

[110] Apparat. ad Concil. Hi-spain. diss. V. tom. I. p. 69. seq.

verso peraeque Marte pugnatunt. Nunc adeo patet illarum epistolarum impostura, ut qui patrocinium suscipere auderet, is indignationem, stomachumque eruditorum omnium cieret.

¶. XX. Praecipue in hanc sententiam argumenta haec sunt. I. Illarum decretalium non meminere Hieronymus, non Romani Pontifices Isidoro antiquiores, non Photius ecclesiasticarum antiquitatum studiosissimus, non Dionylius Exiguus, qui Romanae Ecclesia scrinia diligenter lustravit, excusitque. Pontificumque decretales, quotquot reperit, in unum contulit (111), non demum quisquam aliis ante personatum Isidorum. II. Leo IV. (112) scribit, decretales, & canones in Romana Ecclesia tum extantes, quibusque in iudiciis utebatur, esse Apostolorum, Nicenorum, Ancyranorum, Neocae/ariensium, Gangrensum, Antiochenum, & cum illis regulas Praesulum Pomanorum Silvestri, Siricii, Innocentii, Zosimi, Caelestini, Leonis, Gelasii, Hilaris, Symmachi, Simplicii, & Gregorii Junioris. Ilos omnes esse, per quos iudicant Episcopi, & per quos Episcopi simul, & clerici iudicantur. Leonis ergo temporibus, nempe an. CCCXLVII. haud extitit Isidoriana Anacleti, Evaristi, aliorumque ante Siricum Pontificum decretales. III. In tot multorum, diversorumque Pontificum epistolis unus idemque scribendi caracter est, eadem sparsa per omnes similitudo, quae diversis tribui auctoribus nequit: barbano, rudiisque sermone, & a primorum saeculorum elegantia, atque nitore prorsus alieno, exaratae sunt, nec temporum rationi cohaerent. IV. Habent quamplurima tertio saeculo recentiora, quum sacrarum Litterarum loca secundum Vulgatam, quae post Hieronymi dénum tempora obti-

F 4

nuit,

[111] Idem Dionylius epist. [112] Epist. ad Episcop. Brit. ad Julianum cit. S. Agap. tann. Presbyter.

§. XX. De monstratur Isidoriana epiстola rum im postura.

nuit, tum eadem verba ex codice Theodosiano; scholii Aniani nomine huic codici insertis, & constitutionibus Iustiniani; itidemque posteriorum conciliorum, & Pontificum canones, atque decreta. Conferatur Blondellus (113) hanc super te, qui maximo studio detexit, undenam sententias, verbaque ipsa consarcinato ille expilaverit.

c. XXI.
Quibus
monumē-
tis Isido-
ri colle-
gio coa-
luit?

§. XXI. Ceterum Isidoriana collectio genuinis, & supposititiis scriptis coaluit. Genuinae sunt epistolae Cornelii, Iulii, Liberii, Damasi, aliorumque Pontificum. Conf. supra cap. II. §. III. & IV. Supposititia vero, aut ipse Isidorus proculudit, aut antea ab aliis conficta fuerant. Prioris generis sunt epistolae XCIX. a Clemente ad Gregorium M.; itemque acta Concilii Romani sub Julio I., Concilii V. & VI. sub Symmacho. Posterioris autem epistolae Clementis I. ad Iacobum, & excerpta Romanae Syndici II. sub Silvestro P. Seriem rerum genuinarum, atque confictarum, quae Isidori compleat expilacionem, attexuit David Blondellus (114).

§. XXII.
Collectio
octoginta
Capitulo-
rum.

§. XXII. Est & collectio canonum in Capitulo LXXX, tributa, quae de iure Episcoporum, ex Graecis Latinisque canonibus, Synodis Romanis, Pontificum decretalibus ab Isidoriana officina magna partem arcessitis, ac Romanorum Principum constitutionibus collecta est. De auctore horum Capitulorum in varia studia eruditi abeunt. Labbeus (115), aliique permulti contendunt, ab Hadriano I. collecta, & Ingliramno Metensi Episcopo data fuisse. Male: siquidem hanc collectionem non Hadrianus (116) ipse memoravit, non Leo IV. (117) non Nicolaus I. (118), non aliis quisquam,

[113] Cit. opere.

rolo M. oblate.

[114] Cit. oper.

[115] Cit. ep. ad Episcop. Bri-

[116] Diff. historica de istudem

tanniae.

Scriptoribus Bellarmino re-

[117] Cit. epist. ad Episcop.

lat. in Hadriano I.

Galliae.

[118] In collection. canon. C. 2.

quam, cuius meminisse intererat : ex quo appareret, Romanam Ecclesiam illa per haec tempora ignorasse. Praeterea Capitulum XLIX. cavit, iniustos delatores linguae , capitisve abscissione multatos. Numquam vero a Summis Pontificibus id genus poenae impositae sunt. Antonius Augustinus (119), capitula illa Hadriani nomine ferri , diserte adfirmat. Baluzius (120) autem, Nat. Alexander (121), Van Espen (122) aliquie plures sentiunt , Ingilramnum Metensem Episcopum ea Capitula collegisse , atque Hadriano P. circa an. DCCLXXXV. Romae obtulisse , ut auctoritate Sedis Apostolicae se tueretur a crimine ; quo arcessebatur : idque adstruunt auctoritate codicis MS. Bibliothecae Coenobii S. Victoris Parisiensis. Cl. Bartholus (123) suspicatur, eumdem Capitulorum, qui epistolarum auctorem fuisse ; tum quia magnam partem constant epistolis ab Isidoriano codice petitis; tum quoniam in eumdem pergunt finem , ut nimirum Episcoporum rei consulant . Ut ut se res habeat , Capitula illa ab Anonymo prodiisse, ne ambigas . Huiusmodi capitula summa religione amplexus est Hincmarus Laudunensis, ut patet ex eius professione (124). At Hincmarus Remensis (125) canonici iuris scientissimus horum Capitulorum auctoritatem elevavit, tamquam a sacris canonibus discrepantium, ipsamque Hincmari Laudunensis Nepotis sui professionem redarguit. Edidere haec Capitula cum adnotationibus Ant. Augustini , Labbaeus (126) , & Biinius (127) , & sine notis Harduinus (128) . Eadem

ca-

[119] Dialogor. III, 1.

[120] Praef. ad Ant. Augustin. de emendat. Gratian. s. l. V.

[121] Appendic.

[122] Tractat. historico-Canon. part. IV. cap. 2 §. 2.

[123] Instit. iur. canon. cap. Ll.

[124] Eam edidit Sirmondus in nota his Capitularibus

præfixa.

[125] Opusc. adv. Hincmar. Laudunens. cap. XXXVIII.

[126] Collect. Concilior. tom.

VI. p. 1828.

[127] Collect. Concilior. tom.

III. p. 436.

[128] Collect. Concilior. tom.

III. p. 2061,

canonibus octoginta digesta exhibuit Iac. Sirmon-
dus (129).

§.XXIII.
Capitula-
zia quid-
stat?

§. XXIII. Sequuntur nunc *Capitularia Regum Imperatorum Francorum*. Capitularia, Graece, ιεραλατα, proprie sunt capita constitutionum, quae inter pacifcentes legum instar sunt. Hoc autem loco καθ' ἑκάκιον eo nomine veniunt leges a Galliarum Regibus, cohsentientibus Episcopis, Regni-que Primoribus de Ecclesia, aut Rep. in generali-bus comitiis, aut Synodis perlatae communi populi consensu, atque subscriptione, quibus omnes de-vincebantur (130). Huiusmodi Ecclesiasticas san-tiones complures edidit Carolus M., qui magnam ecclesiasticā rati curam gerens (131), varias Syno-dos celebrandas curavit Moguntiae, Remis, Turo-nis, Cabillone, Arelati, in quibus constitutiones ecclesiasticae emissae *Capitularium* (132) nomen accepere. Idem eius successores Ludovicus Pius, & Lotharius effecere.

§.XXIV.
Collectio
Capitula-
rium An-
segisi.

§. XXIV. Omnium primus Ansegisus Abbas, sive Lobiensis, sive Fontanellensis, sive Luxontensis (133) circa an. DCCCXXVII. collegit libris qua-tuor *Capitula Caroli M. & Ludovici Pii ad saecula-rem, & ecclesiasticam politiam spectantia*. Primus am-

[129] Concilior. Gall. tom. II.

[130] Vid. Baluz. praef. Capi-tularium editioni prefix.

[131] Conf. Herman. Adolph. Meinders de statu Religion. & Reip. sub Carolo M. & Ludovico Pio.

[132] Anton. Augustinus de emendat. Gratian. II. 12. opiniatur, Capitulare esse vo-cem Caroli M. Ansegisi, & Theodosii temporib. procu-sam. Sed iam octavo ineun-te saeculo ea occurrit: ha-betur enim " Capitulare " Gregorii II. " qui ann. LXXXIV. Romana Sede po-

tins est, quod datum fuit Martiniano Episcopo. Geor-gio Presbytero aliquique in Bavariam legatis Ext. in Binii Concil. tom. V.

[133] Conf. in varia studia abeuntes Possevin in Appa-tat. Sacr., Aubert. Miraeum in Auctar. de Scriptorib. Eccles. cap. CCXLV., Balu-zium praef. Capitularibus praemissa §. XXXIX. Hei-necum, & Struvium in Historiur. Germanic. Nolo ego in rei parum utilita-tis habentis inquisitionem coniicers.

amplectitur constitutiones Caroli ad rem ecclesiasticam spectantes; secundus eiusdem leges civiles; tertius Ludovici leges ecclesiasticas; quartus demum ipsius civiles leges. Addidit idem Auctor appendices tres, quibus varia Caroli M., Ludovici Pii, & Lotharii I. Imp. capitularia collegit, quae vel ex superioribus memorias causa scripta, vel non plenum explere sensum, vel geminata, vel cum aliis mixta videbantur. Hanc vero collectionem etiam Ludovicus Pius, & Carolus Calvus auctoritate sua firmarunt; quo factum, ut maximam per haec tempora auctoritatem Caroli M., & Ludovici Pii capitularia sint nacta; ea namque urgent Concilium Moguntinum an. DCCCLII. (134), Coloniense sub Carolo Craffo (135), & Moguntinum ann. DCCCLXXXVIII. (136). Vid. Baluzium (137), Pagium (138), & Conrigium (139). Ansegitianae huiusc collectionis editionem confecere Petr. Piethoeus (140), & qui in eiusmodi studiis facile omnium vicit industria, Steph. Baluzius (141).

§. XXV. Deinde an. DCCCXLV. auspiciis Ottari Archiepiscopi Moguntini novam Capitularium collectionem exornavit Benedictus Levita Moguntinus, quae Ansegitianae collectionis veluti auctarium quoddam est. Ea tribus absolvitur libris, in quibus rerum delectus, aequa ac ordo desideratur. His postea accessere *Additionum libri quartuor*, cuius auctor incertus est. Edidit hoc opus cum aliis Regum Francorum capitularibus summa industria comparatis Steph. Baluzius (142). Epitomen collectionis Levitae conscripsere Isaac Episcopus Lin-

§. XXV.
Collectio
Capitula-
rium Be-
nedicti
Levitae.

go-

- | | |
|---|---|
| [134] Cap. XVI. | nic. cap. XV. |
| [135] Cap. III. | [140] Paris. MDCLXXXVIII. |
| [136] Cap. XXI. XXIII. | 8, |
| [137] Prolegomen. Capitula-
rib. praefix. §. XLVII. seq. | [141] Paris. MDCLXXXVII, |
| [138] Critic. Baronian. ad an. DCCCXLV. an. 17. tom. III. | fol. |
| [139] De origin. iur. German- | [142] Collection. Capitular.
tom. I. |

gonensis, & Heraldus Archiepiscopus Turonensis, quam publica luce donavit idem celeberrimus Antiquarius Baluzius (143). Porro Benedicti Levitae collectio suum in Germania atque Gallia usum habuit. Quin Lotharius Imp. novam collectionem in usum Italorum confecit, quam edidit Goldastus (144) (145). Ceterum capitularia Caroli Calvi in unum coegit Iac. Sirmondus (146). Plura Regum Francorum capitularia dedit Io: Mabilloaius (147), plurima hinc inde quae sita, Steph. Baluzius (148).

§. XXVI.
Collectio
Regionis.

§. XXVI. Sed iam ad Regionem, Monachum Benedictinum, Prumensis Coenobii Abbatem, nostra procedat oratio. Hic ann. DCCCCVI. hortatu Rathbodi Archiepiscopi Trevirensis, in cuius metropoli, in D. Maximini monasterio, aemulorum potentia deiectus ex Abbatia Prumensi, degebat, concinnavit *libros duos de Ecclesiasticis disciplinis, & Religione Christiana*, in quos vetustos canones, Patrum dicta, & Romanorum Pontificum de creta quum genuina, tum ab Isidori officina repetita conciecit. Primus autem liber capitibus CCCCXLIII. ea continet, quae ad clericos pertinent; secundus capitibus CCCCXVI. ea prope omnia complectitur, quae ad laicos referuntur. Habet praeterea

ad-

[143] Collection. Capitular.
tom. I.

[144] Collection. legum, &
consuetudin. Germanor. p.
702.

[145] Baronius ad ann.
BCCCCXLVII. n. 12. sentit,
collectionem Benedicti Le-
vitae Italis decreto Synodi
Maldensis an. BCCCCXLVII.
cap. LXVIII. promulgatam
fuisse; ea enim cavit, ut
» capitularia Ecclesiastica
» a Carolo Magno Impera-
» tore, & Ludovico Augu-
» sto promulgata obnixe
» observari praeciperent.

» tur., At Iapsum hac in
re doctissimum Annalium
parentem, ex eo proclive
conficitur, quod Maldense
Concilium in Regno Caro-
li Calvi habitum est; proin-
deque nec Lotharium ob-
strinxit, nec ad Italos per-
venit. Conf. Petr. de Marca
de concord. Sacerdot. & Im-
per. II, 42. & Ant. Pagium
critic. Baronian. ad A. C.
BCCCCXLVII. n. 13. p. 604.

[146] Parif. MDCXXII. 8.

[147] Analegor. tom. I.

[148] In cit. Collect. Capi-
tular.

adpendices duas a posteriori quodam adiectas; quae
rum prior LXIV., posterior XXVIII. capitibus ab-
solvitur. Primus hunc codicem evulgavit Ioa-
chim. Hildebrandus (249); & paullo post multo
castigatior ad fidem vetustissimi codicis MS. Bi-
bliothecae Oratorii Parisiensis, pereruditis adno-
tationibus illustratus, lucem vedit opera, & stu-
dio Steph. Baluzii (150).

§. XXVII. Regionem excipit Burchardus Mo-
nachus Lobiensis Monasterii in dioecesi Leodiensi,
exin Epilcopus Wormathiensis, qui circa ann.
MXX., ex sacra Scriptura, Conciliis, Pontifici-
bus, & Patribus nova methodo exornavit *magnum*
decretorum volumen libris XX., collaborante Of-
berto, sive Oberto Gemblacensi Abbatे suo, viro
doctrina spectatissimo (151). Multa auctor pecca-
vit. Singula non ab ipsis auctoribus, sed a priori-
bus collectoribus, & maximam partem a Reginone
matuatus est: nonnunquam verba immutat, loca-
que ad auctores non suos tefert. Noluit namque
imitari Reginonem in civilibus legibus, maxime
capitularibus laudandis, inque eorum auctoritate
utendo: quo factum, ut quae revera ex capitula-
ribus petiit, ea referat ad Concilia, quorum cano-
nes in Capitularibus relati sunt, aut ad epistolas
veneribus Pontificibus tributas, e quibus non pau-
ca in capitularia irrepsere. Praeclare de hac re Ba-
luzius (152). Hoc autem opus privata auctoritate
confectum, tantum se nescim auctoritatem obtinuit,
ut non solum ex eo ad hoc suo tempore omnium con-
ciliarum decreta auctorizari, Sigebertus (153) re-
ferat.

§. XXVIII.
Volumen
Decreto-
rum Buz-
chardi.

[249] Helmstrad. MDCLIX, 4.

[150] Paris. MDCLXXI, 4.

[151] Sigebert. de Scriptorib.
Eccles. cap. CXLI. seq. & Chro-
nic. ad ann. MVIII., itemque
Chronic. Vvormat. cap. XIII.
apud Iohann. de Ludevrig.

Reliqui. MSS. p. 55. tom. II.

[152] Praef. ad Reginon. &
præf. ad Ant. Augustin.
§. XXIX.

[153] De Scriptorib. Eccles.
cap. CXLI,

ferat, sed & apud vulgus canonistarum multo post mos inoleverit, regulas iuris omni exceptione maiores, usque fori probatas Brochardica, quasi Burchardica (154) nuncupare. Prodit eiusmodi collectio cura Melchioris Noveſiant (155).

§.XXVIII.
Decretum
Ivonis.

§.XXVIII. Burchardo subiectus est Ivo, seu Yvo, primum Praepositus canonicorum Regularium S. Augustini, deinde Carnotensis Episcopus ab Urbano II. inauguratus ann. MLXXXII., ut a Sirmondo (156) obſervatum, deceſſitque ann. MCXV., ceu ex Martyrologio Carnotensi liquet. Is ex Pontificum decretalibus, conciliorum canonicibus, Patrum ſententiis, ex codice Theodosiano, Iustinianeo, & capitularibus Regum Francorum, ſerae memoriae prodidit *Exceptiones ecclesiasticarum regularum libris XVII.*, quod opus poftea *decretum Ivonis* dici, neſcio qua de cauſa, coepit. Omnia prope a Burchardo arceſſivit Ivo praeter partem II., & XVI. Prodiit hoc opus ad fidem codicis MS. cura Io: Molinae (157); poſtea Io: Fronto Molinae editionem cum alio vetuſtissimo MS. Bibliothecae S. Victoris Parisiensis contulit, multisque mendis elutum, brevibusque notacionibus illustratum recudit (158): ſubinde ex exemplari MS. Bibliothecae S. Victoris. Parisiensis, additis quibusdam notulis, & indice refertissimo, innumerisque ſordibus expurgatum, studio, atque opera Io: Baptiſt. Soucheti excuſum eſt (159).

§.XXIX.
Pannomia
Ivonis.

§. XXIX. Eiusdem Ivonis eſt *Pannomia*, ſive *Pannonia* (160) in octo partes diſperita, ex Pon-

[154] Huiusmodi „Brochar-
dica“ primus ſcripſit Da-
matus vetus canonici iuris
Doctor, quae ex exemplari-
bus MSS. recognita prodi-
ce Colon. MDLXIV.

[155] Colon. MDLXVIII.

[156] Not. ad lib. II. spiltolar.

Goffridi Vindocinens.

[157] Lovan. MDCXI, 4.

[158] Parif. MDCLVII.

[159] Parif. MDCLVII. fol.

[160] Codices MSS., editio-

libri habent, Pannomiam,

uti etiam Trithemius de

Scriptorib. Ecclef. in Ivon.

Iam

tificibus, Conciliis, Patribus, & Romano iure collecta. Iam vero Io: Molinaeus (161) Pannomiae auctorem incertum aestimat. Labbaeus (162), alii que nonnulli Hugoni cuidam Catalaunensi adiudicant, qui decreto in compendium redacto *summam d̄cretorum Iwonis conscripsit*, teste Vincentio Belluacensi (163). Moventur etiam ex eo, quod ad calcem habeat quasdam Callixti II., ac Innocentii II. sanctiones, qui post Iwonis obitum Pontificatum gessere; itemque ex eo, quod in nonnullis MSS. exemplaribus, eadem Pannomiae, quae decreto praefixa praefatio est. At maxime omnia demonstravit Baluzius (164), Pannomiam Iwōnis opus esse. Et vero recentiora illa decreta a posteriore quodam adiecta sunt, quum pars huiusc collectionis non sint. Vnde a codicibus MSS. vetustissimis absunt, ut etiam ab antiquissimo codice Bibliothecae S. Victoris Parisiensis, & ab eo, quem Ant. Augustinus habuit, ubi decreta Innocentii II. desiderantur, itemque a duobus MSS. Bibliothecae Aquicinctensis & Blaodinensis Coenobii, teste Mabillonio. Praefatio autem in plerisque MSS. deest; potuitque Auctor, quum, aliud de iisdem rebus opus conficeret, eamdem adhibere praefationem. Denique Hugonis summam a Pannomia Ivo-

Iam Pollevin Apparat. factus inquit, vocandam esse non Pannormiam, aut Panormiam, sed Pannomiam, a Graeco Πάνω,, totum,, & νόμος,, lex,, quasi quae leges omnes continent, neque ipsam Pannomiam ab Ivone inscriptam subdit. Porro Sebastianus Brant post duas eius vocis origines allatas, alteram a Graeco Πάνω,, totum,, & νόμος,, lex,, seu νόμου,, iuris,, alteram a Graeco-Latino Πάνω,, &

„ norma „, five „, régula „, copiam cuique facit, quam mallet, originationem excipiendi. Satius quidem c. Pannomiae nomen praeferre.

[161] In Decret. Iwon.

[162] De iisdem Scriptorib. a Bellarmin. relat. p. 25.

[163] Specul. Historial. XXV, 84.

[164] Praef. ad Ant. Augustin. de emendat. Gratian. Sec. XX. seqq.

Ivonis distare, ex diversitate tituli in omnibus editis, MSSisque codicibus, ac nominatim codice Vitorino, & varietate canonum, atque decretorum in utroque opere relatorum, eruitur. Praeterea Pannomia non est epitome decretorum Iponis, quoniam pauca sunt, in quibus haec duae collectiones inter se convenient, ut optime Ant. Augustinus observavit. In lucem prodiit Pannomia primum opera Seb. Brant (165); deinde studio Melch. a Voßmediano recusa est (166).

§. XXX. Producam nunc in medium collectio-
nes *poenitentialium librorum* in Occidente factae,
quibus publicae poenitentiae (167) peragendae ca-
nones continebantur. Iam Theodorus Archiepi-
scopus Cantauriensis, qui ann. DCLXVIII. a Vi-
taliano P. ordinatus est, scripsit *Poenitentiale*, quod
MS. extat in Bibliotheca S. Benigni Contrabrigen-
sis, cuius summaria capita retulit Henric. Spel-
mannus (168). Idem edidit, & elegantissimis dis-
serationibus illustravit Iac. Peritus (169). Postea
Beda, qui ann. DCCXXXI. adhuc in vivis age-
bat, sive, ut aliis visum, Egbertus Archiepiscopus
Eboracensis, qui ann. DCCXLVII. claruit, scrip-
xit *Poenitentiale quatuor libris distinctum*, quod
MS. extat in Bibliotheca Collegii S. Benedicti in
Anglia. Deinde Halitgarius Cameracensis Episco-
pus, qui ann. DC CCXXX. obiit, rogatu Ebbo-
niensis Remensis Archiepiscopi, emisit *libros V. de*
vitiis, & virtutibus, de remediis peccatorum, &
ordi-

[165] Basiliae MCCCCCLXXXI, Filescus, Catalanus, cete-
rique. Sed abolita publicae

[166] Lovani. MDLVII, 4.

[167] De publica poeniten-
tia e veteri Ecclesiae disci-
plina, consuluntur Petavius,
& Sirmondus in Hist. publicas poenitent. Morin-
nus de Poenitent. Thomasi-
nus, Menardus, Binghamus,

poenitentiae peragendae di-
sciplina, desuevit quoque
poenitentialium librorum
scribendorum mos.

[168] In Collect. Concillior.
Galliae.

[169] Paris. MDCLXXVII, 4.

IN OCCIDENTE A CONST. AD GRAT.

ordine poenitentiae, qui editi sunt in Bibliothec. Vet. Patr. (170), & ab Henric. Canisio (171). Tum Rabanus Maurus Benedictinus, Abbas Monasterii Fuldensis, ac deinde Archiepiscopus Moguntinus, qui ann. DCCCLIX. supremum obiit diem (172), reliquit quum alia elegantissima opera, quae non spectant, tum *quaestiones canonum poenitentialium ad Heribaldum lib. III. itemque de virtutibus, & vitiis, de peccatorum satisfacioue, & remediis, sive poenitentiis lib. III.* Eas edidere Henric. Canisius (173), & ex schedis Iac. Pamelii, cum aliis Rabani operibus Georgius Colvenerius (174). Extat & *Pontificale Romanum*, titulis novem digestum, quod Rabano Mauro antiquius non esse, capita inserta ex Moguntino ipsius concilio, Triburensi Synodo, & suppositiis Romanorum Pontificum epistolis, quae per ea tempora innotuere, satis ostendunt. De hisce, aliisque poenitentialium canonum collectoribus quoque disputat et natus Io: Morinus (175).

§. XXXI. Hoc autem loco praetereunda non est *collectio canonum poenitentialium*, incerto auctore ornata, qui ante saeculum nonum vixit, uti proclive licet ex ipso opere colligere. Quamquam vero *etymologia canonum poenitentialium* praeferat, more scilicet illorum temporum, quibus omnia fere istiusmodi opera ad poenitentiam referebantur; re tamen ipsa complectitur *omnis generis canones*. In tres tributa est partes; quarum altera *de poenitentibus atque poenitentiis*; altera *de iudiciis*; tertia demum *de ordinationibus, gradibus, & officio clericorum, atque episcoporum* differit. Hunc codicem in Bibliothecis delitescentem primus evulgavit vir harum antiquitatum studiosissimus Lucas Dacherius (176).

G CAP.

- | | |
|--|---|
| [170] Tom. V. Collat. 950, & 952. | [173] Antiq. le&t. tom. V. |
| [171] Antiq. le&t. tom. I. | [174] Colon. MDCXXVII. |
| [172] Videbis Colvener in
praeludiis ad opera Rabani,
& Mabillon. in saec. IV. Be-
nedictin. p. 2. seqq. tom. II. | tom. VI. fol. |
| | [175] Ad calc. oper. de Poeni-
tent. |
| | [176] Spicileg. Patr. tom. II. |

S.XXXI.
Anonymi
collectio
canonum
poeniten-
tialium.

DE STATV IVRIS CANONICI IN ORIEN-
TE AC OCCIDENTE A GRATIANO
AD NOSTRA TEMPORA.

§. I. Ca-
nonici in-
ris statutis
a Gratia-
no ad no-
stra tem-
pora.

§. I. Progradimur iam ad postremam epocham,
quae iuris canonici novi est, atque a Gra-
tiano ad nostræ tempora procedit. Hoc vertente
tempore prodierunt in Oriente canonum collectio-
nes Arsenii, Blasii, & Harmenopoli; de quibus
ad servandam ordinatrationem diximus supra cap.
IV. §. XI. XVI. In Occidente autem, quum ob plu-
ra generalia concilia, plurimasque decretales Ponti-
ficium Romanorum epistolas, in magnam canonica
iurisprudentia mollem excrevisset; oportere visum
est, varias canonum, & praesertim Decretalium col-
lectiones confici, quas singulatim enarrare adgredie-
mus.

§. II. Con-
cordia di-
scordantium
canonum
Gratiani-

§. II. Primus omnium Gratianus, natione Tu-
scus, Clusii natus, monachus Benedictinus in Bo-
ponensi monasterio SS. Martyrum Felicis, & Na-
boris (1) circ. an. MCLI. confecit concordiam di-
scordantium canonum, ut ad rem inscribitur in
codicibus MSS. Bibliothecæ S. Germani Parisiensis,
& Colbertinae, inque veteribus editionibus;
deinde vero *Decretum* inscite dici coepit (2). Opus
hoc ex Dionysio exiguo, Isidoro, Ivone, Burchar-
do, aliisque canonum collectoribus decerpsum,
constat quibusdam factarum litterarum locis, ca-
ponibus Apostolicis, atque conciliorū, decretal-
bus

[1] Numquam Gratianus
fuit Romanae Ecclesiae Car-
dinalis; quod falso affirmat
Albericus Monachus ad an.
MCLXIV.

[2] Decreti nomen huius col-
lectioni vix congruit; Non
enim unum, sed plurima

continet ecclesiastica Decre-
ta. Quare Ant. Demochares,
& Ant. Contius, „Decreto-
rum Canonicouin colle-
ctanea,“ inscripsere De-
creta iterum opus hoc in
adeuarioribus editionibus
præscribitur.

bus Pontificum, auctoritate Ictorum Vlpiani, & Paulli, constitutionibus Imperatorum Romanorum e codice Theodosiano ac Iustinianeo petitis, atque Francorum Regum Capitularibus (3). Dividitur autem in partes tres. Prima continet distinctiones unam supra centum, quarum primae viginti de iure eiusque partibus, reliquae de ecclesiasticis personis, varioque ipsatum gradu peragunt. Secunda (4) habet caussas sex & triginta, quae omnes iudicia ecclesiastica spectant. Tertia tandem, quae de consecratione inscribitur, exhibet distinctiones quinque, de qua consecratione Ecclesiarum, missarum celebratione, Eucharistia, feriis, ieiuniis, baptismo, confirmatione, ritibusque Ecclesiae pertractat.

¶. III. Iam verò Gratianum opus privata au-
ctoritate confectum est, nec ab ullo Pontifice iuri-
vim est nactum, ceu scitissime lo: Andreas (5), Pa-
normitanus (6) Ant. Augustinus (7) aliquie. Non
desunt, qui confidenter obtrudunt, opus illud ab
Eugenio III. probatum, inque suam sententiam
urgent Trethemium (8), qui unus omnium id asse-
rit, trecentisque post Gratianum annis viguit. At
is manifesti erroris evincitur ex perfecto scripto.

S. III
Gratiani
opus pri-
vata au-
toritate
confectum

G 2 gum

[3] **Canones omnes**, quos Gratianus assert, ad autores suos referre natus est Petr. Guenonis „ in corpor. iur. canonico sub fin. „ Indicem locorum Sacrae Scripturae iuri canonico insertorum sub titulo „ Concordiae „ attexuit lo. Nicivellenis ; qui liber ad permulta Scripturae loca intelligenda, genuinamque Pontificum Patrumque sententiam educandam, plurimum confert.

*par obscuritate perturba-
tioneque sua laborat. Fran-
cis. Florens, praef. de me-
thod. & auctor. Gratian. ,
ordinis rationem emere co-
natus est. Sed quoniam Gra-
tianus modo serium ab-
rumpit, modo digreditur,
modo oberrat, luculentum
is ordinem assequi nequiv-*

[5] Id cap. 2. extr. de rescripto.
[6] In proem. Decretal.

[7] Dialog. III.

[8] De' Scriptor. Eccles, in
Gratian.

rum silentio , Gratiani aequalium , aut propiorum . Qui vero arbitrantur , luculentum eius adprobacionis monumentum prostare in litteris Gregorii XIII. Gratianeo codici post correctionem praepositis , nae labuntur . Illis enim litteris nullum omnino adprobacionis verbum Pontifex habet , tantumque ait , curae sibi fuisse , ut Gratiani decretum expurgatum mendis prodiret , iussitque omnia , quae emendata , & reposita sunt , quam diligentissime retineri . Quare eorum , quae in Gratiani collectione occurrunt , vis & auctoritas nonnisi ab ipsis aucto-ribus , a quibus sunt repetita , est arcessenda .

*§. IV. Re-
ceptio o-
peris Gra-
tiani.*

§. IV. Ut prodiit Gratiani opus summo plausu exceptum est . Eo , ceteris collectionibus neglectis , sic omnes uti coepere , ut non aliunde Pontificum constitutiones , conciliorum canones , Patrumque sententias repeterent . Quin Hugucio Archiescopus Ferraiensis eiusdem Gratiani aevo illud commen-tatus est . Id duabus potissimum de caussis factum : quod in opus suum Gratianus coniecit instructio-rem rerum ecclesiasticarum penum ; quodque eam instituit scribendi rationem , quae scholasticonum , forensiumque usui maxime omnium adcommoda-ta videretur . Namque de quapiam caufa in utramque partem differuit , canonumque concordiam elab-oravit : quod utrumque priores collectores ne-quaquam praestitere .

*§. V. Gra-
tianus ple-
reque pec-
cavit.*

§. V. Quum vero Gratianus ob nimiam tempo-rum infelicitatem , historiae , critics , omnisque lit-teraturae praefidio ad tam grande opus elaborandum fuisset destitutus , inde factum est , ut in com-pluribus peccarit . Sane crebro lapsus in hominum , urbium , provinciarum , conciliorumque nominibus . Falsas , corruptasque inscriptio[n]es saepe affert , quae-que re vera Synodorum sunt , ea Summis Pontifici-bus adscribit ; quaeque unius Episcopi sunt , aut Romano Pontifici , aut Concilio generali , provin-cia-

AC OCCID.A GRAT.AB NOSTR.TEMP.
cialive tribuit. Multa Patribus testimonia affingit,
quae aut nasquam extant, aut aliena ab eorum men-
te sunt. Decretales Pontificum ante Siricum, alia-
ve supposititia profert, concilia nasquam habita
laddat. Gravissima demum contra critices, histo-
riæ, ac Theologiae doctrinam errat. Tantum vero
abest, ut homini, qui in tam miserrima litterarum
tempora incidit, succensendum sit, quin potius,
maximæ sunt habendæ grates, quam multis no-
minibus, tum eo vel maxime, quid ceteris omnibus
instructiorem, loquelioremque monumentorum
copiam reliquerit, quodque habeat bene multa,
quæ apud alios scriptores frustra quaeruntur. Nec
porro iis claruit temporibus, in quibus Daedaleum
quoddam opus, ac quovis Phidiae signo perfectius
eniti poterat. (9)

§. VI. Non defuere tamen, qui innumeræ Gra-
tianæ codicis fôrdes eluerent. Primi Ant. Demo-
chares Theologus Parisiensis, Ant. Contius Ante-
cessor Parisiensis, subindeque Bituricensis, & Car-
Molinaeus Ictus (10) in eo emendando, brevibus
que quibusdam notulis illustrando operam contul-
ere suam. Quod vero ii innumeræ prope poste-
ris emendanda reliquere, sub Pio IV., & Gregorio
XIII. a viris ea aetate doctrina præstantissimis
istiusmodi opus Romæ repurgatum: qui *Romani*
Correctores dicuntur. Eamdem præbait operam
Ant. Augustinus, Archiepiscopus Tarragonensis
(11), qui omnium industriam diligentiamque vi-

S.VI.Qui
Gratianno
emendan-
do insu-
darunt?

G 1 cit.

[9] Gratiani, & Raymundi Pennafortiensis vindicias suscepit Claud. Chifletius, „Apolog. pro utriusq. iur. „Archiep. Eam tom. III. thesaur. iur. civili, inferuit Ev. Otto.

[10] Quod hic de ecclesiasti- ci ordinis viris non ea

qua par est observantia lo-
quitur, eius opera ab Apo-
stolica Sede prescripta est.
[11] In libris duob. Dia-
got. de emendat. Gratiani,
quos eruditæ adnotationi-
bus auctos recudendos cu-
savit Steph. Baluzius.

ros CAP.VI. DE STAT.IVR.CAN.IN ORIENT.

cit. Plura quoque emendarunt Bellarminus (12), Petrus & Franc. Pithoei (13). Van Espen (14), Placid. Bokn. (15), Io: Bapt. Bartholus (16), & Car. Sebast. Berardus (17). At supersunt adhuc alia, quae aut novam expetunt emendationem , aut fuisse uberioriusque persequi possunt.

S. VII.
Quid par-
lea in de-
cretis Gra-
tiani?

§. VII. Pleraque in Gratiani codice capita *palea* inscribuntur, quae quidem non a Gratiano apposita, sed a pluribus scriptoribus, diversisque temporibus addita sunt. Ea primum exemplarium marginibus adscripta, in ipsum subinde textum migrarunt, ceu fide codicum MSS. adstruunt Petrus, & Franc. Pithoei (18). De *paleae* autem nomine atque origine magnae sunt turbae. Sedet nonnullis , capita sic notata esse, quod habent incerta , nulliusque ponderis, uti *paleae* sunt. Aliis, quod ~~in palea antiqua~~, tamquam ab usu remota , penitusque antiquata ea capita sunt. Quibusdam ex voce corrupta, & detorta ex adverbio ~~in palea iterum~~, quasi additiones , sive canones saepe repetiti sunt . Ducunt aliqui *Paleam* esse proprium Gratiani discipulum , nomine *Cotta Palea*, qui additiones illas primus attexuit. Nec defunt, qui putidam obtrudunt fabellam, Gratianum cuidam Cardinali opus suum Romae detulisse , quo Eugenio III. offerret, eumque gloriae studiosorem, quibusdam adiectis illius operis auctorem se iactasse, fraudeque detecta , Gratianum dixisse , additiones illas esse *paleas*, hoc est res parvi ponderis. Sed haec omnia nihil sunt aliud , quam purae putaeque
nu-

[12] De Scriptorib. Eccles. in Gratian. p. 386. seq.

[13] In edit. operis Gratian. præf.

[14] In brevi comment. in Decret. Gratian. Opp. part. V. tom. V. & VI.

[15] In controversiis iuris prud. lib. tit. 2. p. 1. q. 20.

[16] Instit. iur. canon. cap.

LIV.LV.LVI.

[17] In opere inscripto. Gratiani canones genuini ab apocryphis discreti corrupti ad emendationum codicium adem exacti, & difficiliores commodis interpretationibus illustrati.

[18] In edition. oper. Gratian.

magas, ne levissimis quidem conjecturis innixaer. Ego rem in medium relinquo, nihil enim nunc suppetit de hac re, in quo aut aliis, aut certe mihi ipse placere possim.

§. VIII. Post editum Gratiani opus, quum novas pro re nata Constitutiones Romani Pontifices emisissent, de iis in certum ordinem conferendis cogitatum. Primus Bernardus Circa, Praepositus Parisiensis, ac postea Faventinus Episcopus circa an. MCLXXX. conficit *Breviarium Extravagantium*, in quod coniecit quaedam Pontificum Decreta, quae Gratiani diligentiam effugerant, & in primis eorum, qui post Gratiaum incidere, usque ad Clementem III., unde est Gratiani veluti auctarium quoddam, ad quod non raro lectorum alegat. Haec *Decretalium collectio*, *prima* vulgo dicta, quinque libris digesta est, privatoque hominis studio concinmata. Sam edidit, & adnotacionibus illustravit Ant. Augustinus (19).

§. IX. Duodecim ab hac prima collectione edita annis, aliam *Decretalium collectionem Exornavit* Io: Gallensis, sive Vallenensis, qua complexus est *Constitutiones Alexandri* III., *Lucii* III., *Urbani* III., *Gregorii* VIII., & *Clementis* III. a Bernardo Circa omissas; itemque *decretales*: *Caelestini* III., quae post primam collectionem prodiere. Haec *collectio*, quae *secunda* dicitur, privata auctoritate scripta fuit, inque libros quaque distributa. Porro in hac secunda collectione, saeque ac prima, falsae quaedam *decretales* extant, quae in Regestis nupiam inveniuntur. Huiusmodi certe est epistola sub nomine Caelestini in hac secunda collectione proposita, quam supposititiam esse, scite demonstravit Bartholus (20). Olim quidem Pontificum re-

S. VIII.
*Breviarium
Extrava-
gantium
Bernardi
Circae.*

S. IX. Col-
lectio De-
cretalium
tor Gal-
tensis.

G 4

scri-

[19] In collectione *Decretal.* iacit notationibus Paris. antiquor. cum not. Hierdae MDCIX. fol.
MDLXXVI. fol. & cum [20] Instit. Jur. canon. cap. eiusdem Augustini, & Cu. XVI. q. 7. seqq.

104 CAP.VI. DE STA. IVR.CAN. IN PONT.

scripta iis collectionibus inserta dene
niſi a Scrinariis Romanae Ecclesie
Hanc quoque collectionem invenit Ant.
Augustinus (21).

§. X. Col-
leccio De-
cretalium
Compo-
stellani
& Petri
Beneven-
tani.

§. X. Deinde Bernardus de Mella nbs consti-
tutiones Innocentii III., qui regno numerō Pon-
cretalium tifex iste ecclesiasticæ disciplinae restituendae stu-
diosissimus, quum solus, tum in Concilio Latera-
nensi IV. edidit, ex eius Regeſtis priorum XII. an-
norum, in ordinem Romae privato studio rededit,
quae Romana collectio dicta est. Quod vero Com-
postellanus multa collectioni sitae inseruit, quas
iudiciorum usus non recepit, ex postulantibus Ro-
manis, Innocentius III. opera usus Petri Beneven-
tani Diaconi, tertium Decretalium librum evulga-
vit, cui is, addita praefatione, plenissimum iuris ro-
bur adcommodavit: quae decretalium collectio,
omnium prima iuris vim natuia est, reiecta que Com-
postellani collectione, *tertia* appellata est. Eam edi-
dit Ant. Augustinus (22).

§. XI. Col-
leccio Be-
cretalium
Anonymi.

§. XI. Post quinque annum ab edita tertia collec-
tione, quarta prodiit sub eodem Innocentio III.
quia Anonymus eodem, quo prior, librorum, titu-
lorumque ordine complexus est Concilii Latera-
nensis IV. capita LXXI., & aliquot ipsius Innocen-
tii constitutiones post quinquennium a tertia
collectione emissas. Hanc collectionem, adiectis ve-
teris interpretis lo: Teutonicis, & quorūdam alie-
num glossis edidit idem Ant. Augustinus (23).

§. XII. Collec-
tio Decreta-
lium Ho-
norii III.

§. XII. Tandem Honorius III., qui Innocentio
III. successit, constitutiones a se editas in unum
compelli curavit, opera usus Tancredi Bononiensis
Archidiaconi, ad quem collectionem hanc pontifi-
cia auctoritate firmatam misit Bononiam (24). Ita
lu-

[21] Cit. collect. nensis Academia juris
[22] Citat. Collect. scientia maxime florebat.
[23] Cit. collect. Vid. And. Menda de iur. A.
[24] Iis temporibus. Bodae, cademici 4. p. 3.

AT OCCID. A GRAT. AD NOSTR. TEMP. 209.

ducem aspexit *compilatio epistolarum Decretalium Honorii III.*, quae *quinta* nuncupata est. Ea habet complura plane singularia, sive canonicum ius sp̄etes, sive temporum Honorii historiam, quae in collectione Gregorii IX. defuit. Illius interpres fuit Iac. Albinus Puentia Episcopus; meminere autem Contra (25), Eufacius (26), Ant. Augustinus (27), qui huiusce collectionis exemplar nancisci non potuit; proindeque quatuor a se editis collectionibus non attexuit. Hanc ergo collectionem diu exoptatam, ad fidem trium veterum MSS. Bibliothecae Albiensis castigatam, ac pereruditis annotationibus ornatam, primus evulgavit Ianozent. Cironius (28).

§. XIII. Novam, omniumque celebriorem decretalium collectionem circa an. MCCCXXX. confedit Honorii III. successor, Gregorius IX. opera usus Raymundi de Pennafort Barcinonensis, Capelani sui, doctrina pietateque spectatissimi. Ea ex multis Sacrarum Litterarum locis, Canonibus Apostolicis, Pontificum scitis, conciliarum canonibus, & Patrum, aliorumque scriptorum operibus, coailuit. In quinque autem libros digesta est; quorum primus de ecclesiasticis personis, earumque munere, secundus de iudicis, rebusque ad iudicia pertinentibus; tertius de clericis, iisque omnibus, quae Ecclesias spectant; quartus de iis, quae ad laicos attinent; quintus tandem de criminibus, eorumque poenis agit. Huiusmodi collectionem iuris vi, praefixa epistola, Gregorius IX. donavit. Porro Raymundus, quod pleraque ab antiquis collectoribus accessivit, nonnullorum capitum inscriptiones falsas, corruptasque, aequre obrutus; integras quoque decretales non refert, sed ipsarum tantum initium cum

S. XIII
Collectio
Decretalium Ray-
mundi
Pennafort
tienis.

[25] Var. Ine. real. collection.

[26] Ad titul. Decretal. de [28] Tolos. MDCXLV. sol.
frigid. & malefic. sub fin. int. eius opera.

[27] Praef. de antiqu. Decree.

cum ea parte, qua propositae quaestio[n]is definitio continetur, plerumque retinet, resciſſis, quae superflua minusve necessaria ei visa sunt. Quum vero multa, quae ad plenior[em] rei notitiam conferunt, reſecuſſet, priores decretalium collectiones, quas hactenus enarravimus, adeundae sunt. Quod vehe[m]enter commandant Florens (29), Van Espe (30), Gonzalez (31), aliique.

S. XIV.
Collectio
Decreta-
lium bo-
nifacii
VIII.

§. XIV. Ab edita Gregoriana hac collectione a colligendis Decretalibus adquietum est (quoniam Gregorius IX. (32) inhibuerat, aliam confici collectionem sine peculiari Apostolice Sedis venia) donec Bonifacius VIII. an. MCCCXCVII. per Guil. de Mandagolla Archiepiscopum Ebrodunensem, Berengarium Fredonem, Bituricensem Episcopum, & Richardum de Senis S. R. E. Vicecancellarium collegit decretales epistolas, quas post superior[em] editam collectionem Gregorius IX. evulgavit; itemque decretales aliorum, qui post eundem Gregorium Pontificatum gessere, suasque praeterea decretales, & canones duorum generalium Conciliorum Lugdunensium sub Innocentio IV., & Gregorio XII. Opus hoc in quinque dispescitur libros, eodem quo Gregoriani ordine, titulorumque serie dispositos. Dictum autem est *Sextus liber*, quoniam Gregorianae collectionis libris adiectum est.

S. XV.
Collectio
Clemen-
tinaram.

§. XV. Iam porro Clemens V. Bonifacii VIII. Successor, ex decretis Concilii Viennensis, novam exornavit collectionem in libros quinque, eodem digestam ordine, quo superior[es]. Eam, Clemente morte praevento, ipsius successor Iohannes XXII. an. MCCCXVII. iuriſ vi donatas edidit. Decretales hac collectione comprehensa ab auctore suo *Clementinae* nuncupantur.

§. XVI.

[29] De seſt. iur. Canon. di- ſcendi ratione.	[31] Apparat. ad. Decretal. p. 28.
[30] Tract. historico-canon. part. VIII. cap. 1. §. IV. seqq.	[32] In epistol. collectioni ſue præfix.

§. XVI. Denique duae aliae Decretalium collectiones prodiere, quae *Extravagantium* nomen praferunt, quod extra juris corpus vagantur. Prior habet decretales XX. sub totidem titulis digestas Ioannis XXII. ; & *extravagantes Ioannites* vulgo dicuntur. Altera vero complectitur Pontificum decretales ab Urbano IV. usque ad Xystum IV., in que libros quinque tribuitur. Quae autem huic collectioni decretales insertae sunt, eae *extravagantes communes* appellantur, quoniam non ab uno, sed pluribus Pontificibus perlatae sunt. Posteriorem hanc collectionem privato hominis studio post an. MCCCCCLXXXIII. concinnatam, ex cap. 2. de reliquiis & venerat. Sanctor. conficitur. Quamquam vero haec duae *extravagantium* collectiones privata industria, non publica auctoritate confectae sint; ambigi tamen nequit, quin ab iis Summis Pontificibus, quorum nomina praferunt, perlatae sint; proindeque eamdem habent vim, quam ceterae decretales (33).

§. XVI.
Collectiones Extra-
vaganti-
um Ioan-
nitarum .
& com-
munium.

§. XVII. Novam decretalium collectionem sub nomine *Libri septimi decretalium* privato studio confecit Petrus Matthaeus Ictus Lugdunensis an. MDLXXX. Hic praeter quam nullam *Clementinarum*, & *Extravagantium* rationem habuit, bene multa peccavit; nam pleraque utilia omisit, quaeque parum necessaria sunt, reculit; triginta circiter novos titulos commentus est, inque decretalibus describendis temporum rationem perturbavit. Quamobrem nullus dubito, mirabitur, si eiusmodi collectio nauci habita sit.

§. XVII.
Collectiones
Decreta-
lium Pe-
tri Mat-
thaei.

§. XVIII. Demum Xystus V. novem selectis vi-
ris, Cardinalibus Dominico Pinello, Hypolito Al-
dobrandino, Hieronymo Pinello, Episcopo Rupano
Lucio Sano, Rotae Auditoribus Seraphino Oliva-
rio

§. XVIII.
Inedita
Xysti V.
Collectiones

[33] Videbis Franc. Pegna utilit. Extravagant.
tract. de auctor. probat. &c.

rio, Hieronymo Pamphilio, Franc. Pegna, Pompeio Arrestino Advocato Consistoriali, & Iulio Caesar Ottinello Secretario Congregationis, id negotii dedit, ut novam Decretalium collectionem certo ordine colligerent. Hi autem plures annos in colligendis feligendisque Pontificum decretalibus, canonibusque duorum generalium Conciliorum, Florentini, & Tridentini adlaborarunt. Proelo subiecta est eiusmodi collectio an. MDLXXXXVII. *septimi libri Clementis VIII.* nomine. Prius vero quam lucem adspiceret, praesensit Pontifex, facile futurum, ut & nova haec collectio multis canonistarum commentariis, & interpretationis offeratur; atque adeo ipsa Tridentini decreta huic collectioni inserta; quod Pius V. interdixerat. Quam unam ob causam hanc collectionem in publicum expromere detrectavit.

§. XIX.
Collectio-
nes Bul-
larum.

§. XIX. Sed iam ad constitutiones Romanorum Pontificum, quae *Bullae vulgo* dicuntur, aliquando de veniamus. Primus omnium Laertius Cherubinus I&tus Romanus Bullas in unum volumen a Leone M. ad Paullum V. sub nomine *Bullarii M.* compiluit (34). Illud eius filius Angelus Maria Cherubinus ad Urbanum VIII. perduxit (35); deinde idem Bullarium ad Clementem II. continuarunt Angelus Maria Lantusca, & Paullus a Roma. Compendium Bullarii ad Paulum V. dedit Stephanus Quaranta (36); postque eum novum eduxit compendium Flav. Cherubinus (37). Demum Pontifex post hominum memoriam Sapientissimus, Benedictus XIV. tot ad Ecclesiae disciplinam confirmandam instaurandamque constitutiones pertulit, ut *nova decretalium collectio* confecta videatur.

§. XX.

[34] Rom. MDCXVIII. fol. tom. IV.
tom. III.

[35] Rom. MDCXXXIV. fol. [36] Venet. MDCXI. fol.

[37] Rom. MDCXX. fol.

§. XX. Ceterum , quum de fide , rebusque spiritualibus agitur , canonicum ius civili anteponendum . Plus enim studii circa canonum , legumque divinarum observantiam , quam civilis iuris esse adhibendum , monet Iustinianus (38) . Vbi vero de temporalibus res est , unumquodque in suo foro ita servandum , ut alterum alteri opem ferat , in his , quae deficiunt , ab altero suppleatur , inque iis quae ambigua videntur , ab altero declaretur , interpretationemque accipiat . Praeterea prioribus canonibus posteriores derogant . Sic Decretales Decreto , Decretalibus Sextus , Sexto Clementinae , Clementinis Extravagantes , Extravagantibus recentiores constitutiones derogant .

s. XX.
Quaedam
monen-
tum.

C A P. VII.

DE INTERPRETIBVS ET SCRIPTORIBVS
IVRIS CANONICI TAM GRAECIS
QVAM LATINIS.

§. I. **H**istoriam iuris canonici omnibus numeris absolvit sermo de eius interpretibus , atque scriptoribus , quorum alii Graeci sunt , alii Latini . E Graecis inter eos , qui canones scholiis , & commentariis illustrarunt , primus debetur locus vetustissimo canonum interpreti Theodoro Prodromo , non ei , qui ineunte saeculo XII. inclinavit , sed Balsamone antiquiori , & adhuc inedito . Huic addantur hi minus noti Ant. Cuboclesius , Christ. Campanas , Gerasimus Monachus , Ioannes Abbas S. Anastasiae , Io: Ianopolus , Io: Lascharis , Io: Monachus , Io: Peganius , Io: Stavracius , Leo Magentinus , Leo Numodota , Leo Sebastenus , Leo Xantopulus , Manuel Malaxus , Maximus Margunius , Nilus Rhodius , & Thomas Selybriae

§. I. Con-
nexio ex-
pitis , &
Graeci
Scholia-
tae de-
perditi.

Epi-

[28] Nov. CXXXVII.

610 CAP. VII. DE INTERP. ET SCRIP. IVR.

Episcopus. De hisce Graecis canonum Scholastis conferatur Io: Alb. Fabricius (1). Celebriores vero Graeci interpretes, quorum opera adhuc superflunt praeter Aristinum sunt Io: Zonaras, & Theodorus Balsamon. Hi autem schismatis contagione afflati homines omni adhibita cautione legantur, nec iis multo fidendum est.

S.II. Zonarae cō-

mentaria.

§. II. Ioannes Zonaras CPolitanus, primus Praefectus Vigilum, deinde Monachus S. Basitii, circa ann. MCXX. vix t. Scripsit autem εἰρηνητικούς τῶν ιερῶν καὶ ἔστιν λεγοντῶν τὸν τε αγίων καὶ σεβέτων Αποστόλων, καὶ τῶν εὐρὺν οἰκουμενικῶν συνοδῶν ἀλλα μη καὶ τῶν τοπικῶν ήτος μερικῶν καὶ λεπτῶν αγίων πατέσθων expositionem sacrorum, divinorumque canonum, tam SS. & venerandorum Apotholorum, quam sacrarum Oecumenicarum Synodorum, sed & localium, sive particularium, reliquorumque SS. Patrum. Olim hunc commentarium maximū habitum, patet ex Graeco Anonymo apud Allatium (2). Iam sola Zonarae scholia in canones Apostolicos, Latine versi sunt a Io: Quintino (3). Postea Ant. Salmantia illius commentaria etiam in canones conciliorum Latine versi edidit (4). Eius Latinæ versioni Typographus Parisiensis Graecum etiam textum ex Codice MS. Bibliothecae Regis Christianissimi addidit, & evulgavit (5). Sed adhuc exoptata eius commentaria in canonicas SS. Patrum epistolas, edita sunt una cum S. Gregorii Neo-caelariensis, Macarii Aepyptii, & Basilii epistolis (6). Denique hunc commentarium integre in lucem dedit Guisl. Beveregius (7).

S.III. Bal-
samonis
opera hoc
spectanter

§. III. Postea Theodorus Balsamon, Patriarcha Antiochenus, qui claruit tempore Xiphilini, hoc spectanter est circ. an. MCLXXXI., conscripsit opus inscri-

ptum:

[1] Biblioth. Graec. VI, 1. §.
16. tom. XI.

[2] De perpet. confens. Eccles.
Orient. & Occident. II, 10.
[3] Paris, MDLVIII.

[4] Mediolan. MDCCXVIII.

[5] Lutet. Paris. MDCCXVIII.

[6] Lutet. Paris. MDCCXXII.

[7] In Synodic. M. tom. I. &

II. pagin.

¶ptum: Εἴπηνος τῶν ιερῶν, καὶ θεῖων χαρούμενοι, τῷ τε αὐτῷ
καὶ ταπείσμαν Ἀπόστολον καὶ τὸν ιερόν αἰκινεῖκον συνόδον
οὐλα μὲν καὶ τὸν τοπικὸν πτοεῖ μερίσκον, καὶ τὸν λαϊκὸν αὐτὸν
πατέρων τροφαὶ, καὶ φιλοτις τὸν εὐεργυνατὸν τοῖνον, καὶ μη εἰσεγεῖσαι
τὸν, τὸν ανάβατομενον εἰ τοῖς δεκα τροφαῖς τοῖς πεσταρεσι τίτλοις
τοῖς κατ' αρχὴν τῶν χαρούμενοις. *Expositio Sacrorum et
divinorumque canonum, Sanctorum celebratissimo-
rumque Apostolorum, & Sacrorum. Oecumenicorum,
atque etiam provincialium sive particularium Con-
ciliorum, reliquorumque SS. Patrum: insuper &
declaratio de efficacia, atque inefficacia legum in qua-
tuordecim titulis ante canones positis.* Hunc com-
mentarium edidit Beveregius (8), qui etiam demon-
strat, quantae olim auctoritatis fuerit (9). Eius-
dem Balsamonis est οὐλογη τῶν εκκλησιαστικῶν διατάξεων,
Collectio ecclesiasticarum Constitutionum, quae a lo-
Leunclavio sub *paratitlorum* nomine Latine edita
sunt (10); deinde eamdem ex duobus MStis inter se
collatis cum Leunclavii versione, & duobus *notato-
rum* libris, itemque *notationibus* in eam collectio-
nem Car. Hannib. Fabroti edidere Voellus, & lu-
stellus (11).

§. IV. Latinorum interpretum, Scriptorumque
canonici iuris magnus est numerus, dispar, inge-
nium, & diversum iter. Alii enim *Decretum*, alii
Decretales Gregorii IX, alii *Sextum Decretarium*,
quidam *Clementinas*, nonnulli *extravagantes* non
pauci *Bullas*, plerique *institutiones* illustrarunt, &
praeterea alii singularia quaedam argumenta, alii
forenses quaestiones expoſuere. Iam vero Gratiani
opus inter primos adnotatiōnibus quibusdam illu-
strarunt Laurent. Cremensis, Vincent. Castellio-
naeus, Hugo Vercellensis, Io: Semeca, Bartholom.
Brixiensis, & Hugucio Metropolita Ferrariensis.

Dein-

[8] In Synod co M. tom. I. & [9] Francof. MDE XXXXIII.

11. passim.

[9] in prolegom. §. XVI. [11] Biblioth. iur. canonico-
XVI. XVIII. yet. tom. II.

§ IV. La-
tini in-
terpretes
in Gratia-
num.

Deinde in idem commentaria conscripsere Aegidius Bellamera. Io: Tūrecremata, Guido de Bayfio, Dominicus Germinalianus, Laurentius Rodulphus, Ludov. Bologninus, Ant. Contius. His addendi Molinaeus, Bern. Van Espen, Car. Sébastian. Berardus, Ant. Augustinus, Io: Dartis, & qui quasdam eius operis cauñas erudite explicuit, Franc. Florens.

S.V. Interpretes Decretalium Gregorii IX.

§. V. In collectionem decretalium Gregorii IX. conscripsere Sinibaldus Fliscus, sive Innocentius IV., Aegydius Bellamera, Petrus de Anchiano, Henric. Boich, Ioannes Andreas, Io: ab Imola, Henric. Hoftensis, Felinus Sandeus, Nicolaus de Tudeschis, vulgo Panormitanus, Henric. Zoësius, Etneſt. Pīr-rhing, Placidus Boeckhn, Ludov. Engel, Petrus Alagona, Andreas Vallensis, Petrus Bayfius Ludovi. Du Bois, Anacletus Reiffenstuel, Alexander Chaf-sanaeus, Emm. Gonzalez, Prosper Fagnanus, Innoc. Cironius, Erasmus Vngepaverus, ceterique. Hisce addantur Iac. Cuiacius, qui tantum libros II. III. & IV. illustravit, Janus a Costa, qui quosdam libri I. II. & III. titulos explicuit, & Fr. Flores, qui priores novem titulos libri I. explanavit.

S.VI. Interpretes sexti Decretalium & Extravagantium.

§. VI. In Sextum Decretalium librum commentarios edidere Guido de Bayfio, Dominic. Germinalianus, Io: Imola, Philippus Francus, Petrus Ancharanus, Ludovic. Gomezius, Iac. Fontanus, Guil. de Monte Lauduno, Io: Andreas, Petr. Franc. Pas-serinus, ac reliqui. Clementinas porro illustrarunt Bonifacius de Vitalinis, Io: Imola, Petr. Ancharanus, Nicolaus de Tudeschis, Franc. de Zabarellis, Guil. de Monte Lauduno, Andr. Barbatia, Iac. Fontanus, & praesertim Io: Dadin Alteserra. Extravagantes Ioannis XXII. Nicolaus Frerotius, Dominicus Zenzelinus, Io: Franc. de Pavinis interpretati sunt. Extravagantes vero *communes* Io: Monachus Picardus, Guil. de Monte Lauduno, & Io: Franc. de

de Pavinis glossis quibusdam expediere. Demum in Bullas Pontificum, secundum Cherubini collectio-
nem laudandi Cardin. Vincentius Petra, & Augu-
stin. Barboſa.

§. VII. Institutiones porro canonici iuris per-
multi litteris prodidere. In his Phoebeus, Gravi-
na, Cabassutius, Aulisius, Ant. Cucchus, Boetius
Epo, Franc. Roye, Claud. Fleury. Henrinc. Cani-
sius, Gregorius Tdlosanus, Franc. Zipeus, Gaelesti-
nus Mirbellus, Io: Schilterus, Nicolaus Vigelius,
Urbanus ab Ascensione, Ioachim. Stephanus, ac
novissime viri pereruditio Io: Bapt. Bartholus, Io-
seph. Paschal. Cyrilus, & Carol. Gagliardi. Adda-
tur etiam Bernardus Van Espen, qui universum ca-
nonicum ius fuse exposuit.

§. VIII. Denique peropportunus hic differendi
locus de institutionibus iuris canonici Io: Pauli
Langellotti, Icti Perusini. Hic iussu Pauli IV. P.
M. an. MDLVI. institutiones canonici iuris, exem-
plo Triboniani, quatuor libris complexus est. At
ob praematurum Pauli obitum, pontificiam aucto-
ritatem assequi non potuere; tametsi Gregorius
XIV. edixerit, ut in Academiis explicarentur, nul-
la iis impedita iuris auctoritate. Institutiones Lan-
gellotti glossis explicarunt idem Langellottus,
Bartholinus, Timotheus, Riccius, & Solierius.
Eadem variis adnotationibus Io: Doviat, Io: Bapt.
Neri a Petra Sancta, Io: Henric. Bernus, Christ.
Thomasius, & commentariis Casp. Zieglerus, illu-
strarunt. Sufficiat haec de interpretibus atque scrip-
toribus iuris canonici attulisse. Plenior vero noti-
tia hauriatur a Martini Lipenii, Ludovici a S. Ca-
rolo, & Burch. Gottelff. Sruvii Bibliotheca iuris,
& potissimum ab historiae litterariae scriptoribus.

s. VII. Insti-
tutionis iuris cano-
nici scrip-
tores.

s. VIII.
Institu-
tiones Pauli-
li Langel-
otti.

DE IVRE CANONICO PRO DIGNITATE
ORNANDO.

§. I. Con-
nexio ca-
ritis. **O** Utinam ingens canonicarum legum in-
terpretum , & scriptorum cohors ita
operam industriamque praestitisset, ut ceteris otium
fecisse videretur , quemadmodum in compluribus
disciplinis ex voto accidisse gratulamur ! Officio
igitur deesse viderer , si post recentitos interpretes
atque scriptores, rationem iurisprudentiae canonici-
ae, pro eo ac par est, illustrandae , exornandaeque
hic pandere praetermitterem , ut nobilissima haec
facultas summo semper honore habita , pro digni-
tate excoli tractarique Ecclesiae , Reipublicaeque
bono possit .

§. II. Ob-
truditur
studium
historiae
ecclesiasti-
cae. In primis autem studium canonici iuris
cum historia ecclesiastica artissimo nexu copuletur.
Quamvis enim scientiarum omnium , bonarumque
artium tanta consensio sit, ut omnes mutuam sibi
lucem offundant ; quaedam tamen adeo constanti
inter se foedere continentur , ut altera sine alterius
praesidio assequi nequeat . Quod si in aliis passim
scientiis obtinet , de canonico quidem iure , atque
antiquitate ecclesiastica perquam verissime praedita-
tur . Ita scilicet pontificiae iurisprudentiae cum
exactorum retro temporum rebus in Ecclesia gestis
convenit , ut vix ulla in legum corpore plagula oc-
currat , in qua non sit aqua haefura ei , qui ritam
illarum motitiam sibi non comparavit . Quum enim
moribus institutisque antiquis potissimum stet res
Christianorum publica, quibus neglectis omnis nu-
tet Religio, ordinisque ecclesiastici disciplina omnis
concidat necesse est; adparet profecto , qui ad ma-
scularum solidamque iurisprudentiam pervenire stu-
det , eum nihil penitus antiquitatis ecclesiasticae
igno-

PRO DIGNITATE ORNANDO.

185

ignorare oportere. Ceteroquin fieri hercle nequit, quin apocrypha pro genuinis, interpolata pro integris, corrupta pro veris, particularia pro universalibus, antiquata pro receptis accipientur, ac terrima demum caligine, innumerisque sordibus oppressumatur, qui hoc tam necessario, praestantissimo que praesidio destitutus, ad huiusmodi studia animum adiiciat (1).

§. III. Ecquid aliud, quaeso, in tam insulsos ac S. III. Idem non semel ridendos errores abriquit tot veteres canonum collectores, totque canonici iuris interpretes & scriptores, nisi potissimum ecclesiasticarum antiquitatum imperitiae? Qui vetustarum rerum plane rudes ad canonicas leges expediendas accessere, inque iis tamquam illuni nocte oberrantes, modo offendunt, modo labuntur, modo quovis, quam quo studuerant, perveniunt, ut eorum labores inspicienti vix integrum sit temperate sibi ab effusis cachinnis ad tam absurdos errores, in quos persaepe ruunt. Certe viris iis venia danda, qui in tam miserrima litterarum saecula incidere; illis namque non deerat iudicium, non ingenium, non industria, ut si in haec tempora servati essent, palmam sine ullo negotio hodie praeriperent,

§. IV. Quod autem non sine animi motu, aut commiseratione perfero, id dissimulare nequeo tam multos, in felicissimis, quibus versamur, litterarum temporibus inveniri, qui mori nescio cui innutriti, illud studiose curant, ut ab ecclesiasticarum vetustatum studio abstineant, deliciasque in veterum

H 2 Do-

[1] Consulantur quoque Ios. Salomon Brunquellius, diss. „ de utilitat. ex histor. atq. „ antiquitat. sacr. in iuris- „ prudent. eccles. studio ca- „ pranda „, praemissa edi- „ tioni observationum iuris canonici Innoc. Cironii, le-

nae MDCCXXVI, 4., & Iust. Hennig. Boehmer. diss. de necessitat. & utilitat. studii ecclesiastic. histor. in iur. Canon. norit., ad calc. Concord. Sacerd. & Imp. Petr. de Marca,

Doctorum barbarie unice quaerant, nec quidquam se progressuros credant, nisi in immanissimis, & tae-diosissimis illorum commentariis aetatem terant omnem. Poffet id quidem in iplis utrumque ferri, nisi idem sub nomine doctae prudentiae ad altos & consilio, & exemplo derivare niterentur. Quo fit, ut eorum, qui ad canonicae iurisprudentiae laudem contendunt, perpauci, ut aequum effet, proficiant; & ob neglectos cultores praestantissima haec facultas maximi semper habita iam paene defecat.

s.v. Neces-sitas stu-dii, anti-quitar.ec-clesistic.

§. V. Sed ab hisce tandem praeindiciis aliquando desciscant, & cum legum canonistarum studio, antiquitatis ecclesiasticae notitiam felici constante que foedere coniungant. Nemo siquidem Ictus erit, nisi ipsius iuris origines, variaque vicissitudines atque progressus in numerato habeat: numquam fiet, ut dissidia feliciter componat; numquam mutati iuris rationes cognoscet, nisi ea omnia optime perspicerit. Perbelli Caius (2) aiebat, *potissimum cuiusque rei partem initium esse*. Profecto, paullatim antiquae leges vetustate, atque incaria obsoleverunt, quarum eti*am nullus usus est*, notitia tamen necessaria videtur (3) Plinius (4) Aristonem Ictum laudat hoc etiam nomine, quod semper ei curae fuerat, *sic iura antiqua, ut recentia, sic rara, ut assida tractare*. Haec autem omnia quid aliud praestet, nisi notitia Ecclesiasticarum antiquitatum, plane non video.

s.vi. Cwi-tore-s, & illu-trato-re-s ec-clesisticar. vetustat.

§. VI. Quamobrem vel ipfi sapientissimi Ecclesiae Patres, veteresque scriptores Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, Nazianzenus, Chrysostomus, Basilus, Eusebius, Socrates, ac plerique omnes in vetera Ecclesiae instituta moreisque omni studio incubuere. Quid ego veteres memoro? Praestantissi-ma

[2] L. I. B. de O. I.

[3] Can. fuerunt a dict. g.

[4] Lib. VIII. ep. 14.

mihi huius, ac superiorum retro temporum viri in hac
sparta exornanda adlaborarunt, maximoque cum
succesu perfecere. Nemo ignorat, quam improbo
labore in ecclesiastica historia insudarunt Baronii,
Pagii, Du Pinii, Fleurii, Tillemontii, Nat. Alexan-
dri, Gardeboschii, ceterique praestantissimi viri, ex
quorum auspiciatissimis operibus mirifica iuri caño-
nico lux adfulget. Omnibus vero perspecti felices
Labbæi, Harduini, Sirmundi, Lupi, Binii, Cabas-
suti, Richelii, Beveregii, Iustelli, aliorumque pluri-
morum conatus in Synodorum canonibus colligen-
dis, illustrandisque. Quem praeterit, quanto nisu in-
dustriaque varias antiquitates, originesque ecclesia-
sticas explicarint Thomasini, Norisii, Petri de Mar-
ca, Baluzii, Ciampini, Alteserræ, Schelstrateni,
Allatii, Bacchini, Bellarmini, Gretseri, Le Quienii;
itemque Binghami, Montacutii, aliique? Ecquis
non miretur cedro dignos Martenii, Durandi, Tho-
masii, Vicecomitis Bonae, Cresolii, Gavanti, Mar-
celli, Georgii, Haberti, Bocquillotii, Goarii, Le
Brunii, De Vertii, Astemani, reliquorumque labo-
res in rebus liturgicis explicandis, edolandisque?
Quam egregia in veterum Patrum, scriptorumque
operibus enucleandis memoriae mandarunt, Valesii,
Petavii, Sirmundi, Quesnelli, Mabillonii, Blanchi-
ni, Haberti, Goarii, Menandri, Rigaltii, Gothofredi,
Pamelii, Millii, Viserii, & Sapientissimi Patres
Mauro-Benedictini, quorum omnium illustrationi-
bus haud mediocris canonico iuri fulgor affertur.
Ecquis erit umquam tam segnes, tamque praestan-
tissimarum rerum discendarum desiderio destitu-
tus, qui procul electis barbarorum quisquiliis,
tota mente, omniisque animi impetu elegantissima
tam illustrium scriptorum opera, nocturna versa-
re manu, versare diurna detrectet, ut optime de
canonica iurisprudentia possit mereri, atque adeo
de ipsa christiana Rep., quo præstantius, ex-

H 2 cel-

cellentiusque nihil? (5)

S. VII. Quod vero antiquatum ecclesiastica-
rum studium spectat, media via incedendum inter
eos, qui nimio quodam studio in eas abripiuntur,
atque illos, qui necio qua dementia capti fastidio-
se longoque supercilie contemnunt, nihil periculi
in earum ignorantia consistere rati. Modus quidem
in omnibus adhibendus, sine quo rectum nequit per-
sistere. In hac enim sententia sum, ea maxime ingur-
gitanda, quae ad pontificii iuris notitiam sunt opus;
cetera dumtaxat degustanda, siisque ad servanda, qui-
bus maius abs re sua otii est, ne vetustas res nimium
amantibus antiquus fiat animus. Quumque canonici-
cum ius Sacris Litteris, Summis Pontificibus, Con-
ciliis, catholicisque Patribus constet; consecutaneum
est, huic studio faciem Sacrorum Librorum, Pontifi-
cum, Conciliorum, Patrumque omnino praeferen-
dam esse. Conf. quae diximus supra cap. II. §. I. seqq.

S. VIII. Cum ecclesiastica historia usus critices
in verbis moderatus, in alienis adducendis rectus,
in decisionibus cautus, in animadversionibus saga-
cissimus, & ad artis desique regulas adamussim exa-
gus, coniungatur. Conferri de hac re merentur
Honoratus a S. Maria (6), & P. Lazeri (7) qui regu-
las artis criticae ad historiam ecclesiasticam re-
da-

[5] Optandum equidem es-
set, ut exemplo Gronovii,
Graevii, Poleni, Sallengre,
Ev. Ottonis, Theod. Hafaei
in colligendis operibus erudi-
tissimum virorum
Graecas Romanasque anti-
quitates, civile ius, atque
Theologiam spectantibus,
quispiam colligendis scri-
ptis virorum in ecclesiasti-
cis vetustatibus clarissi-
morum operam navaret.
Eiusmodi thesauri antiqui-
tatum ecclesiasticarum de-

lineationem dedit Io: Alb:
Fabricius „ in Bibliogra-
phia Antiquaria. „

[6] In animadversionib. su-
per regul. & usum art. cri-
tic. spectantib. ad histor. ec-
cles. oper. Patr., A&t. Mar-
tyr., Vit. Sanctor. &c.

[7] Exercit. critica de arte
critica, & generalib. eius
regul. ad histor. eccl. rela-
tis, & Exercit. de criticæ
regulis, quibus vera falsis
admixta fecerni possunt.

lates, egregie tradunt. Quemadmodum vero rectum critics usum in rebus ecclesiasticis commendamus; ita eius abusum explodimus, atque ex secrarior. Limites critics in re ecclesiastica praeclare circumscriptis Ignatius de Laubrussel (8). Addantur Ludolphus Kusterus (9), & Ludov. Ant. Muratorius (10).

§. IX. Praeter ecclesiasticae historiae ~~scriptor~~ ex-peles notitiam, canonici iuris studiose leges civiles nosse est opus. Vtriusque iuris artissima necessitudo, atque communio est; adeo ut & leges sequi canones, & canones leges imitari non deditur. Nemo quidem Ictus dicendus, nisi utrumque ius probe perspicerit. Apud ipsos ethnicos nobiles Icti in utraque scientia divini humanique iuris, pugnante praestabant. Sic Scaevola (11) bene, ac diu iura civium, & caeremoniarum ordinavit. Titus Manlius Torquatus (12) iuris civilis, sacerorumque Pontificalium peritissimus fuit. Aelius Capito (13) etiam divini humanique iuris callentissimus extitit. Hic recolendum Graecorum effatum: *περὶ Παπαῖον αὐτὸς ρόμπη (ταῦτα εἰ, ταῦτα νοεῖ) αγνοεῖ, non δέεται hominem Romanum leges (hoc εἴ τις ὁ σανών) ignorare.* Potio in collectionibus legum Romanarum plurima inveniri, quae ecclesiasticam historiam, iusque canonicum illustrant, nemo unus ignorat.

§. X. Quod tandem pertinet ad canonici iuris interpres, atque scriptores, delectus omnino habendus est. Eorum enim quidam leges erudite enuclearunt; complurimi autem garrulitate, importunaque subtilitate contrivere. Quare is diligendus est interpres, qui a legum conspectu non recedat,

H 4

sed

[8] Traité des abus de la critique en matière de la Religion. Paris. MDCCX, 8.

[9] In p̄aeſ. nov. Testament. 10. Millii.

[10] De ingenior. moderat. in Religion. negotio.

[11] Valer. Maxim. III, 8.

[12] Valer. Maxim. V, 8.

[13] Tacit. Annal. III, 78.

§. IX. Com
inendatur
rebus criti
cates usus
in histo
ria eccl
esiastica.

§. X. Dele
ctus scrip
torum iu
ris cano
nici ha
bendus.

Sed eius verbis proprius insistat , abstrusoremque
mentem retegat; qui a legibus, quas explicanda suscipit , ad inanes atque intemperativas quaestiones non aberret (quo vito plerique interpretum libo-
rant, qui vanis appositionibus tranquilla & perspicua perturbant , levibusque quibusdam inutiliter
notatis in tranquillo carent tempestates) ; qui inter-
riori antiquitatis praefidio, canonicarum legum ori-
gines, progressusque diligenter evolvat , mortisque
veteris Ecclesiae quoque tradat ; qui legum funda-
menta detegit , & ob oculos legentium ponat selec-
tiorem iurisprudentiam integre , atque ordine suo.
Qui vero ex immani iutis canonici intergretum,
scriptorumque caterva id pro merito dignitateque
praestiterit , definire vix ausim.

MAM-

MANTISSA

HISTORIAE IVRIS CANONICI

In qua de deperditis , aut ineditis canonum collectionibus tam Graecis,
quam Latinis; Bibliotheca iuris canonici veteris Voelli , ac
Iustelli , & Synodico M. Guil Beveregii
dissertatur.

C A P . L

DE DEPERDITIS AVT INEDITIS CANONVM COLLECTIONIBVS GRAECIS.

§. L. **A**D absolutam Historiae iuris canonici notitiam, iuvabit hoc logo differere de collectionibus canonum in Oriente fatis, quas aut edacis temporis iniuria intercidit, aut ineditae delitescunt. Omnes autem referre, longum molestumque esset, & utilitatis parum haberet. Celebriores tantum, quarum non rara apud veteres mentionio, enarrare satius erit.

§. H. In primis occurrit Sabinus Heraclaeae in Thracia Macedonianorum Episcopus , atque unus ex Athanasii calumniatoribus (1), qui circa ann. CCCCXXV. confлавit Σεραγεων συνέδεις, collectio-

s.i.Capi-
tis argu-
mentum

s.ii.Colo-
lectio Sy-
nodorum
Sabini He-
raclaeae,

[1] Socrat. H. E. lli. 15. p. 92.

nem Synodorum, uti Socrati (2) dicitur, sive conga-
fionem eorum, quae per diversa concilia Sacerdo-
tum ex scripto prolata sunt, quemadmodum ab Epi-
phanio Scholastico (3) vocatur. Collegit autem Sa-
binus diversorum conciliorum acta; suam de Episco-
pis canonum conditoribus symbolam interposuit,
gesta quaedam consulto praetermisit, alia pervertit,
immutavitque, ut in sensum institutumque suum
fleteret, Nicaenos Patres, ne Eusebio quidem dem-
to, tamquam rudes ac illitteratos, ad fidem Nicae-
nae Synodi elevandam, traduxit. Quae omnia col-
liguntur ex Socrate locis *in not. laudatis*. Hanc
collectionem serae posteritati invidere fata. Quare
fallitur Christoph. Sandius (4), qui eam adhuc ex-
tare putat, illamque esse, quam ex Oriente secum
duxit Christianus Pavius, uti ostendam mox.

c. III.
Collectio
Christiani
Pavii.

§. III. Altera collectio praescribitur Συναγωγὴ τῶν εὐθύνων πατρῶν συνοδῶν, Collectio, & exposicio Sanctorum omnium synodorum, quam ex Oriente attulit Christian. Pavius. Eam Photio Tyriae Metropolitae, qui an. CCCCCXLIX. Ephesinae Synodo interfuit, adscribunt Iac. Vsserius (5), Io: Sel-
denus (6), & Steph. Le Moine (7), qui etiam plu-
ra ex ea producunt loca. Frustra vero Sandius col-
le-

[2] Hist. Eccles. II. 17. Σαβίνος
πέτροι οὓς Μακεδονία ευροτε
(ex pag. XXXI. suandi
σπόρεσ) τας παρὰ τοις
επισόλας εν τη συναγωγῇ των
συνοδῶν εν εὐθὺν κατοι την
παρὰ των Αρτιοχείων πρε-
τερον των πατρῶν, Sabinus
Macedonianaes Sectae E-
piscopus in collectione
Synodorum epistolas Iu-
lii nequequam insequi-
suntur eam minime
praetermisserit, quam E-
piscopi Antiochiae colle-
cti ad Iulium scripsere,,

Sabinus autem, quae sectae
suae favebant, operi suo
studiose inferuit: quae ve-
ro refragabantur, aut
sciens prudens silentio
transfiliit, aut omnino re-
jecit. Vide euudem Socra-
tem H. E. II. 39. II. 10. &
25. ac Tillemonium Me-
mor. Eccles. com. V. p. 527.

[3] Hist. Tripartit. III. 8.

[4] Nuclei Hist. Eccles. p. 106.

[5] Symbol. Veter. p. 23.

[6] Ad Eurychii origin. Ale-
xandrin. p. 68. & 89.

[7] Not. ad var. Sacra p. 782.

lectionis huiusce auctorem Sabinum afferit, de quo superius dictum; enimvero longe ab ea distat, quam Sabinus confecit; neque continet eas epistolas, & constitutiones, quas ex Sabiniana collectione Socrates urget. Quid quod collector hic Nicaenos Antistites Θεοφόρος τατικάς. Deißeros Patres laudibus effert, quum contra Sabinus Macedonianaæ sectæ addictus, eos tamquam imperitos iactet? Quamobrem iure meritoque a Sandii sententia Le Moyne (8), Ittigius (9), aliisque recedunt.

§. IV. Sequitur *Kanonum synopsis*, Stephani Ephesini Episcopi, quem fuisse illum, qui Concilio Ephesino II. an. CCCXLIX. adfuit, suspicatur Guil. Cave (10). Fuit alius, & quidem iunior Stephanus Ephesinus, qui Romanae Synodo an. DIII. adfuit. Extat haec collectio MSta in Bibliotheca Caesarea, teste Lambecio (11), sicutque etiam in Bibliotheca Palatina, ut auctor est Frederic. Sylburgius (12), quae in Vaticanam tandem translata est. Porro videant ii, quibus utrumque codicem inspicere datur, num eadem cum hac Stephani synopsis sit collectio canonum Ephesina MS., cuius meminere Hugo Grotius (13), & Claud. Salmasius (14).

§. IV.
Synopsis
canonum
Stephani
Ephesini.

C A P. II.

DE DEPERDITIS AVT INEDITIS CANONVM COLLECTIONIBVS LATINIS.

§. I. **V**enio nunc ad Latinas canonum collectiones de perditas, aut ineditas, quarum praecipuas recensere iuvabit. Agmen agat Isidorus His-

§. I. Col-
lectio Isi-
dori Hi-
spalensis.

[8] Circ. loc.

[9] Hist. Concil. Nicaen. §.

XXXVIII.

[10] In Hist. litterar.

[11] Catalog. Mitor. III. p. 66.

[12] In catalog. Mitor. Bi-

blioth. Palatin.

[13] Epist. CCLXV.

[14] Epist. XXII.

124. CAP. II. BE DEPERDIT. AVT INEBIT.

Hispalensis Episcopus, qui an. DCXXXVI. florebat. Hic canonum collectionem concinnasse fertur. Multae autem collectiones ei tribuuntur: unde qualis proprius eius sit, adhuc non constat. Qui confidenter ipsi ferunt acceptam collectionem Isidori Mercatoris, ii egregie labuntur. Confer dicta supra cap. V. §. XV. Petrus de Marca (1) genuinam Isidori Hispalensis collectionem inventissse se ait in Bibliotheca Ecclesiae Vrgellenensis in Catalonia. Extare in eadem Bibliotheca narrat quoque Baluzius (2). Eamdem se vidisse adfirmat Ant.

Augustinus (3).

§. II. Col-
lectio Lar-
landi.

§. II. Larlandus Chrysopolitanus memoriae prodiit *Candelam*, sive opus libris XXII. digestum, quod Pontificum decretis, Patrumque scriptis constat. Illud MStum extare in eximia Bibliotheca Canonicorum ad S. Victorem Luteriae Parifiorum, codice DCCCXIX. refert Ericius Mauritius (4). In eodem codice Larlandum ante annos DCCC. vixisse scriptum est.

§. III. Col-
lectio M-
Sta.

§. III. Prostet in Bibliotheca S. Germani Parisiensis, in Regia Gallica, & Romae in Barberina MSta collectio *canonum ecclesiasticorum*. Eam complures MSS. codices adscribunt S. Anselmo Mantuano. Lucensi in Tuscia Episcopo, qui ann. MLXXXVI. decepsit. Et Gratianum quidem multa ex Anselmo repetuisse, adfirmare non dubitat Latinus Latinus (5). At Stephanus Baluzius (6) contendit, collectionem hanc esse Hilberti Cenomannensis, qui tale quidquam conatus est, & cuius temporibus adamussim congruit; & etiam quia continet decreta Urbani II. & posteriorum Pontificum, et si

[1] In Conc. Sacerd. & [4] Diss. de libris iur. com-
Imper.

mun. §. XXVIII. p. 132,

[2] Praef. ad Reginon.

[5] Bibliothec. Sacro-profan.

[3] De emendat. Gratian.

p. 61.

lib. I. Dialog. XIV. & lib. II.

[6] De emendat. Gratian.
praef. n. 19. & in not. n. 645.

CANONVM COLLECTIONIB. LATINIS; 15

et si haec absunt a codice vetustissimo Vaticano sexcentorum annorum , teste Pagio (7) . Huius collectionis editionem spoponderat Dacherius , quam morte p̄aevenit non p̄aeftit.

§. IV. Porro Gregorius Deusdedic̄t , Presbyter s. IV. Col-
Cardinalis tituli SS. Apostolorum in Eudoxia, aeo-
Victoris III. , qui an. MLXXXVI. florebat, confe-
cit collectionem canonum , sive libros IV. de rebus
ecclesiasticis . Prost̄at autem MSta in Bibliotheca
Vaticana , teste Ant. Augustino (8) , & Baluzio
(9); & vero etiam in Bibliotheca Colbertina Cod.
DCCLXXXVI. & MMMXLVII.

§. V. Denique Gilbertus Abbas de Oilandia, s. V. Col-
Ordinis Cisterciensis in Anglia , qui circa ann. lectio Gil-
MCLXV. claruit , ornavit collectionem decreta-
lium. Aliam item decretalium collectionem confe-
cit Alanus Monachus Clarevallenfis, deinde Abbas
Ripatorii , tandemque Antissiodorensis Episcopus,
qui circa an. MCLXVI. in vivis agebat . Harum
collectionum quum alii meminere, tum Tancredus
(10) , qui scribit Ioannem Gallensem Decretalem
Pontificum ante Innocentium III. de ruinis com-
pilationis Gilberti, atque Alani extrahens , quam-
dam compilationem ornasse. Sed iamdiu est, ex quo
utraque collectio excidit.

CAP.

[7] Ad ann. CLXXXVII:

[8] De emendat. Gratian-lib.
11. Dialog. XIV. & lib. II.
Dialog. XV.

[9] De emendata Gratian.
praeſ. n. XIX. & not. xp

DCXL.

[10] Præſ. collection. suæ
præfixa, quam fide Codic.
MSS. restituit Bosquet. not.

ad Innoc. III. lib. I. ep. LXXI

DE BIBLIOTHECA IVRIS CANONICI VE-
TERIS VOELLI ET IVSTELLI.

SVperioribus retro temporibus Guil. Voëllus S. I., & Henric. Iustellus Christophori filius collectionem canonum evulgarunt sub titulo *Bibliotæca iuris canonici veteris* (1). Ea in duos dispergitur tomos, quorum alter veteres canonum codices, quum Graecos, tum Latinos; alter insigniores iuris canonici veteris collectores Graecos exhibet. Quamquam autem viri sagacissimi omnem in hoc opere ornando curam studiumque contulerint, fieri tamen non potuit, quin pauca humano more peccarint. Quare acerbior est Cotelerii (2) censura: *stupenda plane, inquit, se se passi exserit Editorum Bibliotæcae iuris canonici veteris negligencia. li Saccophoros in Sarcophoros mutaverunt p. DCCVIIIL, DCCXL.*, quemadmodum, & *utrum ibidem, aequaliter, vel aequaliter in aequaliter: vel opus p. DCCII, DCCXLVI. Ayatis in Ayatis p. DCCLXI. Basiliadem Dionysii Alexandrini in Basiliada regnam, & M. Basilius Choropiscopos in Archiepiscopos p. DCCLXXXIV. Denique texva in texva p. DCCLXVIII. Ad haec verterunt p. DCCIV. & DCCXLVIII.* *non mel, ac saepe terpada quatuor tempora, ut alia consimilis farinae bene multa praetetam, in quibus quis rizum teneat?* Certe perdifficile est ita quidquam peragere, ut nihil in eo pecetur: *το μεν μέντην, inquit Gregorius Nazianzenus (3) αμαρτινον οὐτε υπερ ανθρωπον, ταυ μονος Θεος, omni quidem vizio carere hominis modulum excedit, solitusque Dei est.* Sed ecce nunc tibi indicere totius operis referentissimum.

IN

[1] Luter. Paris. MDCLXI. [2] Monum. Eccles. tom. III. fol. tom. II. p. 628.

[3] Ad Cledon. ep. 2.

I. **C**odex canonum Ecclesiae universae a Concilio Chalcedonensi, & Imp. Justiniano confirmatus Graece & Latine, emendator, quam in prima editione Parisiensi an. MDCX.

II. Christophori Iustelli notae in codicem Ecclesiae universae emendatae, & auctae.

III. Codex canonum Ecclesiasticorum Dionysii, Exiguī, sive codex canonum vetus Ecclesiae Romanae ex antiquissimo DCC. amplius annorum codice MS. Bibliothecae Christophori Iustelli seorsim antea editus Parisi. MDCXXVIII, 8.

IV. Epistola Synodica S. Cyrilli, & Concilii Alexandrini contra Nestorium a Dionysio Exiguo in Latinum sermonem translata.

V. Collectio Decretorum Pontificum Romanorum, auctore Dionysio Exiguo.

VI. Altera collectio Decretorum Pontificum Romanorum collectioni Dionysianaē addita.

VII. Prisca canonum collectio Latina, completere ns canones conciliorum Ancyrae, Neocaesariensis, Nicaenae, Sardicensis, Gangrensis, Antiocheni, Laodicensis, C Politani, & Chalcedonensis, nunc primum edita ex vetustissimo MS. Christophori Iustelli Codice DCCC. annorum, cui similis extat in Bibliotheca Vaticana laudatus a Sirmondo in diaatriba de regionibus suburbicariis.

VIII. Codex canonum Ecclesiae Africanae Graece, & Latine ex editione Christoph. Iustelli ann. MDCXV. in multis emendata.

IX. Christoph. Iustelli notae, & observationes in codicem Ecclesiae Africanae.

X. Fulgentii Ferrandi Ecclesiae Carthaginensis Diaconi brevatio canonum.

XI. Crisconii Episcopi Africani Breviarium canonum.

XII.

XII. Indiculi duo in Ferrandum & Crisconium; quorum unus materiam canonum; alter vero consonantiam, & discordantiam inter utrumque declarat, e MS. exemplari Guil. Bleuti in Senatu Parisiensi Advocati, nunc primum editi.

IN APPENDICE TOMI I.

XIII. **M**artini Braccarenis Episcopi collectio Orientalium canonum, adscriptis ad marginem tum variis lectionibus, tum fontibus, ex quibus canones illi de promti sunt, cura & studio Io: Doviatii factorum canonum Professoris Regii, cuius notae primum editae, illustrata.

XIV. Crisconii Episcopi Africani alterum opus, quod liber canonum, seu concordia canonum inscribitur, in quo integri conciliorum canones, & Pontificum de c r a t u r , ex codice MS. Bibliothecae Claromontanae S. I. nunc primum editum.

IN TOMO II.

XV. **I**o: Scholastici dicti, ex presbytero Antiocheno Patriarcha C Politani collectio canonum in L. titulos distributa Graece & Latine primum edita e Codice MS. Bibliothecae Claromontanae S. I., collato cum altero Petri Seguerii.

XVI. Eiusdem Io: Scholastici nomocanon Graece & Latine e Codice MS. Bibliothecae Regiae, nunc primum in lucem editus collato codice Oxoniensi.

XVII. Alexii Aristini, vel antiquioris potius Scriptoris synopsis canonum Graece, & Latinae e Codice MS. Bibliothecae Regiae primum edita.

XVIII. Simeonis Magistri & Logothetae epitome canonum Graece & Latine, e Codice MS. eiusdem Bibliothecae Regiae.

XIX.

XIX. Arsenii Monachi , Patriarchae C Politani divinorum canonum Synopsis , sive nomocanon. Graece & Latine , primum editus e Codice MS. eiusdem Bibliothecae Regiae .

XX. Photii Patriarchae C Politani nomocanon, cum Theod. Balsamonis Patriarchae Antiocheni commentariis , Graece & Latine , e Codice MS. Bibliothecae Palatinae an. MDCXV. editus a Christophoro Iustello , in hac vero editione ad Codicem MS. Eminentissimi Cardinal. Mazarini collatus, cum prolegomenis eiusdem Photii , e Codice Bibliothecae Oxoniensis Graece & Latine nunc primum editis .

XXI. Eiusdem Photii opusculum de septem Synodis Oecumenicis, ex epistola ad Michaelem Bulgariae Principem Graece & Latine.

XXII. Nili Metropolitae Rhodii de Sanctis & Oecumenicis Synodis enarratio Synoptica Graece & Latine.

XXIII. Auctoris anonymi de septem Oecumenicis Synodis opusculum Graece & Latine . Haec tria opuscula de Synodis etiam cum Photii nomocanone Christoph. Iustellus evulgaverat Paris. MDCXV, 4.

XXIV. Συνδοτον , sive libellus Synodicus anonymi Auctoris, omnes Synodos tam ortodoxas, quam haereticas a tempore Apostolorum ad octavam Oecumenicam complectens Graece & Latine ex editione Io: Pappi, & cum eius versione.

XXV. Theod. Balsamonis collectio constitutio- num ecclesiasticarum e Codice, Digestis, & Novel- lis Iustiniani congesta, olim a Io: Leunclavio La- tine sub paratitlorum nomine primum edita Fran- cofurti MDLXXXIII, 8. nunc vero e duobus antiquissimis Codicibus MSS. inter se collatis, Graece primum vulgata cum eiusdem Io: Leun- clavii versione in multis emendata , subiunctis

30. CAP. IV. DE PANDECT. CANON.

Imp. Heraclii novellis.

XXVI. Car. Hannibal. Fabroti notae perpetuae
in eamdem collectionem Theodor. Balsamonis pri-
mum editae.

XXVII. Io: Leunclavii in paratitla notatorum
libri duo.

C A P. IV.

DE PANDECTIS CANONVM BEVE-
REGII.

Post editam canonici iuris Bibliothecam, de-
qua hactenus dictum, lucem vidi altera ve-
terum canonum collectio, studio, atque opera Gui-
l. Beveregii, primum Anglicanae Ecclesiae presbyte-
ri, deinde Afaphenisi Episcopi. Inscriptitur autem
Synodicon, sive Pandectae canonum SS. Apostolorum,
& Conciliorum ab Ecclesia Graeca receptorum, item
que canonarum SS. Patrum epistolarum Graece &
Latine, cum eiusdem Beveregii prolegomenis, atque
adnotationibus, duobus tomis comprehensae (1). Ec-
ce iam tibi universi operis indicem.

IN TOMO I.

I. Prolegomena Beveregii.

II. Canones LXXXV. SS. Apostolorum cum
scholiis Theod. Balsamonis, & Io: Zonarae plurimis
in locis auctis & emendatis, addita veteri cuiusque
canonis epitome, & Alexii Aristini in eamdem
scholiis.

III. Canones XX. Concilii Nicaeni I. Oecume-
nici A. C. CCCXXV. cum scholiis, ut supra.

IV. Canones VII. Concilii CPolitani I. sive se-
cundi Oecumenici A.C. CCCLXXXI. cum scholiis.
V. Ca-

(1) Oxonii MDCCLXXII. fol. tom. II.

V. Canones VIII. Concilii Ephesini, Oecumenici III. A.C. CCCCXXXI. cum scholiis.

Subiuncta epistola Ephesinae Synodi ad Synodum in Paphylia de Eustathio, qui fuerat Episcoporum Metropolitanus cum scholiis.

VI. Canones XXX. Concilii Calcedonensis A. C. CCCCLL Oecumenici IV. cum scholiis.

VII. De quinta & sexta Synodo Balsamontis, & Zonarae annotationes.

VIII. Canones CII. Concilii sexti in Trullo A. C. DCLXXX. cum scholiis.

IX. Canones XXXII. Concilii Nicaeni II., septimi Oecumenici dicti A. C. DCCLXXXVII. cum scholiis.

X. Canones XVII. Concilii CPolitani I. & II. dicti A. C. DCCCLXI. quod in templo SS. Apostolorum habitum est, cum scholiis.

XI. Canones III. Concilii CPolitani A. C. DCCCLXXIX. in templo S. Sophiae habitu cum scholiis.

XII. Canon & acta Concilii Carthaginensis A. C. CCLV. sub Cypriano habitu de haereticorum rebaptizatione cum scholiis.

XIII. Canones XXV. Concilii Ancyrae A. C. CCCXIV. cum scholiis.

XIV. Canones XV. Concilii Neocaesariensis A. C. CCCXIV. cum scholiis.

XV. Canones XXI. Concilii Gangreni A. C. CCCXXVI. cum scholiis.

XVI. Canones XXV. Concilii Antiocheni A. C. CCCXLII. cum scholiis.

XVII. Canones LX. Concilii Laodicaeni A. C. CCCLXVII. cum scholiis.

XVIII. Canones XXI. Concilii Sardicensis A. C. CCCXLVII. cum scholiis.

XIX. Codex canonum Ecclesiae Africane cum scholiis Balsamopis, Zonarae, & Aristepni.

88 CAP. IV. DE PANDECT. CANON.

XX. Ex Actis Concilii CPolitani de causa Agapiti, & Bagadii A. C. CCCLXXXIV. cum scholiis Balsamonis, & Zonarae.

XXI. Iosephi Aegyptii prooemia & paraphrasis in quatuor priorum generalium conciliorum canones Nicaeni, CPolitani, Ephesini, & Chalcedonensis, Arabice cum Latina versione Guil. Beveregii.

IN TOMO II.

Cum Scholiis Balsamonis & Zonarae exhibentur canones Graece, & Latine.

I. Dionysii Alexandrini epistolas ad Basilidem, divisa in canones IV.

II. Petri Alexandrini Archiepiscopi, & Martyris canones XV. ex eius sermone de poenitentia.

III. S. Gregorii Neocaesariensis Thaumaturgi epistola canonica, divisa in canones XI. de iis, qui in barbarorum incursione idolothyta comederant, & alia quaedam peccata commiserant.

IV. S. Athanasii epistola ad Ammonem Monachum, & ex epistola undequadragesima festali. Eiusdem epistola ad Rufinianum.

Cum Scholiis Balsamonis, Zonarae, & Aristeni.

V. S. Basili ad Amphirochii Iconii Episcopum epistola prima, divisa in canones XVI. secundi canones XVII. L. & tertia can. LI. LXXXV. cum scholiis Balsamonis.

VI. Eiusdem S. Basili ex alio sermone ad Amphirochii epistolam de ciborum differentia. Ad Diodorum Tarsensem Episcopum de eo, qui duos forores in Matrimonium duxit. Ad Gregorium presbyterum, ut separetur a muliercula, cum qui habitabat; Ad Chorepiscopos sibi subiectos, propter pecunias ordinent. Ex capite XXVII. & XXIX. libri ad Amphirochium de Spiritu Sancto

VII.

VII. S. Gregorii Nysseni ad S. Letoium Melites
nes Episcopum canones VIII.

VIII. Timothei Alexandrini , qui Patribus CL.
in Concilio CPolitano A. C. CCCLXXXI. inter-
fuit , responsa canonica ad interrogationes ei pro-
positas de Episcopis , & Clericis.

IX. Theophili Archiepiscopi Alexandrini cum
Sancta Theophania in die Dominico instarent .
Eiusdem commonitorium , quod accepit Ammon
propter Lyco, divisum in canones X. Eiusdem nar-
ratio de iis, qui dicuntur Cathari . Ad Agathonem
Episcopum . Ad Mennam Episcopum .

X. S. Cyrilli Archiepiscopi Alexandrini epistola
canonica ad Domnum, divisa in canones III. Eius-
dem ad Episcopos in Lybia , & Pentapoli.

XI. S. Gregorii Nazianzeni versus , quidam libri
veteris , & novi Testamenti sint legendi.

XII. S. Anphilochii , & Iambis ad Seleucum de
eodem argumento.

XIII. Genadii Patriarchae CPolitani , & San-
ctae cum eo congregatae Synodi ad Metropolita-
nos , & Papam urbis Romae , epistola encyclica.

XIV. Ex epistola M. Basilii ad Nicopolitanos.

XV. Tharasii Patriarchae CPolitani epistola ad
Hadrianum P.

Sine Scholiis .

XVI. Alexii Aristenii Synopsis Epistolarum SS.
Patrum Canonicarum.

Cum Scholiis Balsamonis.

XVII. Interrogationes quorumdam Monacho-
rum, qui extra urbem CPolitanam vitam Monasti-
cam ducebant , & responsiones , quae ad eas factae
sunt a S. CPolitana Synodo , tempore S. Patriar-
chae Nicolai.

134 CAP. IV. DE PANDECT. CANON.

XVIII. Matthaei Blastaris opus alphabeticum
ex ducbus Codicibus MSS. editum.

XIX. Acta quaedam Synodi CPolitanae.

VIII. Synodus pro Photio A. C. DCCCLXXIX.
habitae, petita ex Ioannis Becci. five Vecci Patriar-
chae CPolitani 1070 de pace Ecclesiae ex Codice
Bodleiano, Graece, & Latine.

XX. Demum post indices, totum Beveregianum
opus claudunt adnotaciones , atque locupletes in
canones, eorumque Scholia stas notae.

F I N I S.

INDEX¹³⁵

CAPITVM IN OPERE CONTENTORVM.

P raefatio operis.	pag. 9
CAP. I. De origine iuris canonici, eiusque statu generatim.	16
CAP. II. De fontibus iuris canonici.	19
CAP. III. De statu iuris canonici in Oriente, ac Occidente ab Ecclesiae initiis ad Constantinum M.	31
CAP. IV. De statu iuris canonici in Oriente a Constantino ad Gratianum.	55
CAP. V. De statu iuris canonici in Occidente a Constantino ad Gratianum.	70
CAP. VI. De statu iuris canonici in Oriente, ac Occidente a Gratiano ad nostra tempora.	98
CAP. VII. De interpretibus & scriptoribus iuris canonici tam Graecis, quam Latinis.	109
CAP. VIII. De iure canonico pro dignitate ornando.	114

MANTISSA

HISTORIAE IVRIS CANONICL.

CAP. I. De deperditis, aut ineditis canonum collectionibus Graecis.	121
CAP. II. De deperditis, aut ineditis canonum collectionibus Latinis.	123
CAP. III. De Bibliotheca iuris canonici veteris Guil. Vorelli, & Henric. Iustelli.	126
CAP. IV. De Synodico M. Guil. Beveregii.	130

M O N I T V M.

CAp. V. §. XV. pag. 83. ex sententia Nat. Alexandri tradidi, omnino incertum esse, quisham, & cuias auctor ille fuerit, qui sibi Isidori larva voluit delitescere. Paullo post §. XVI. pag. 84. Blondelli, Bartholi, aliorumque sententiam sequutus scripsi, Isidorianam collectionem circa saeculi noni medietatem apparuisse. At vir doctissimus, optimeque de re ecclesiastica meritus Carolus Blascus in *comment. de collect. canon. Isidori Mercatoris*, qni Neapoli MDCCCLX., 4. prodidit, cuius ad me exemplar Salerni agentem haud ita pridem allatum est, permultis statuit argumentis, Isidorum Hieromonachum videri voluisse, huius canonum collectionem nono ineunte saeculo prodiisse, eamque Moguntiae obortam fuisse. Tu, Lector, utriusque sententiae praefidiis rite expensis, in quam defigere pedem velis, plane habebis. Idem eruditissimus vir totum hoc argumentum de Isidoriana collectione tam perspicue, tamque copiose subtiliterque persequutus est, ut palmam omnibus praeripuerit, spemque meliora producendi interciderit omnem.

ER-

ERRATA TYPORVM CORRIGE.

IN CORPORE.

pag.44.v.36. de ra re	de ea re
pag.5.v.8. excelles	excillis
pag.5.v.9. admiratio	admiratione
pag.5.v.13. excelles	excillis
pag.11.v.16. persuadent	persuadet
pag.13.v.10. cuiusquam	cuiuspiam
pag.18.v.9. Cataphrypas	Cataphrygas
pag.18.v.19. Nicaenum	Nicaenam
pag.18.v.34. tantum	praesertim
pag.19.v.1. nihilque	nihilque fere
pag.19.v.4. tumque	tumque in primis
pag.23.v.8. desiere	defuere
pag.35.v.20. τυπον	τυπον
pag.40.v.9. an.XXLVIII.	an. CCLVIII.
pag.40.v.16. ειδασκαλων	ειδασκαλων
pag.44.v.30. Exiqui	Exigu
pag.45.v.9. codicis	codicibus
pag.55.v.8. των μηδενων	των μηδενων
pag.58.v.9. Epefinos	Ephesinos
pag.64.v.12. potestata	potestate
pag.64.v.20. excudendum	excudenda
pag.66.v.18. saeculo II.	saeculo XI.
pag.68.v.2. Σεπτεμβρι	Septembris
pag.77.v.18. Nat.Alexauder	Nat. Alexander
pag.82.v.24. Isidori	Isidoro
pag.85.v.4. quam	quem
pag.87.v.5. praecipue	praecipua
pag.87.v.22.an.CCCCXLVII.	an. DCCXLVII.
pag.88.v.9. Genuinae	Genuina
pag.92.v.11. Regionem	Reginonem
pag.93.v.9. Regionem	Reginonem
pag.94.v.13.Patruum	Patrum
pag.96.v.17. Contrabrigensis	Cantabrigensis

page

pag.96.v.20. Peritus
 pag.98.v.7. §.XI.XVI.
 pag.99.v.21. Trithemium
 pag.100.v.18. Archiescopus
 pag.105.v.6. Paventinus
 pag.110.v.9. Vigilum
 pag.126.v.29. indicere
 pag.128.v.4. Bleuti

Petitus
 §. X. XIII. XIV.
 Trithemium
 Archiepiscopus
 Faventinus
 Vigilum
 indicem
 Blueti

I N N O T I S.

pag.24.not.61. τεος	τεος τεος
pag.26.not.77. Ert.	Ext.
pag.33.not.27. απρόφυσις	
pag.36.not.32. Nubert.	Humbert.
ac paullo post Spicileg	Spicileg.
pag.43.not.101. Arclatens.	Arelatens.
pag.47.not.155. epistolas	& epistolas
ead. not. v.3. vertet	vertit
paullo post v. 16. auctores	auctorem
pag.48.not.165. Αδαχην	Αδαχην
pag.50.not.186. Combesiano	Combeffiano.
pag.66.not.9. Λολοθην	Λολοθην
pag.86.not.108. suboluete	suboluere
pag.90.not.133. Capitularibus	Capitularibus
pag.99.not.6. proaem.	prooem.

Praeter recensita menda, alia leviora excidere; saepe enim maiores pro minoribus, minoresque pro maioribus litteris irrepescere; nonnulla contra adcuriosores orthographiae leges peccata; particulae, quae coalescere debebant, a continenti discessere, & vigissim. Ea & quae a nobis emissitiis oculis propere perlustrantibus animadversa non sunt, quo pollet iudicio aequitateque, lector castigabit, auctorisque absentiae, reique typographicae condonabit.

EMI-

EMINENTISSIMO SIGNORE.

Gaetano Roselli pubblico Stampatore di questa Città di Napoli prostato a piè dell' E. V. umilmente l' espone , come desidera dare alle stampe un Libro intitolato : *Historia Iuris Canonici in usum Seminarii Salernitani* . Per tanto supplica l' E. V. degnarsi commetterne la Revisione a chi meglio li parerà , e l' averà a grazia , ut Deus , &c.

V. Cl. D. Carolus Blascus Canonum Professor in Palatio Archiepiscopali revideat , & in scriptis referat. Datum die 5. Martii 1763.

Joseph Sparanus Can. Dep.

EMI.

EMINENTISSIME PRINCEPS.

Legi Te jubente librum inscriptum : *Historia Iuris Canonici in usum Seminarii Salernitani Auctore Carmino Firriano :* & nihil in eo inveni . quod alicui , vel Fide , vel moribus fraudi esse possit . *Quin Auctoris supra aetatem exculti (adhuc enim adolescit) praecox , idemque subactum ingenium , ac singulari eruditione , dicendique copia praeditum admiratus sum . Quare illum dignum censeo , qui Te concedente ad studiosae iuventutis profectum quantius formis Typographicis in apertum profetur . Neapoli Kalendis Iuliis ann. 1763.*

Eminentiae Tuae.

*Humiliss. & Addictiss. Famulus
Carolus Blalcus.*

Attenta relatione Domini Revisoris imprimatur . Datum die 28. Iulii 1763.

PHIL. EPISCOPIUS ALLIFANUS V.G.

Joseph Sparanus Can. Dep.

S.R.M.

S. R. M.

S I G N O R E

Gaetano Roselli pubblico Stampatore di questa Città umilmente prostato a' piedi della M. V. supplicando l' espone, come desidera dare alle stampe un Libretto intitolato *Historia Iuris Canonici ad usum Seminarii Salernitani*; Per tanto supplica Vostra Real Maestà a commetterne la revisione a chi meglio li parerà, e l'averà a grazia ut Deus, &c.

Adm. Reverendus U. J. D. D. Carolus Gagliardus in hac Studiorum Universitate Professor, re- videat, & in scriptis referat. Datum Neapoli die 13. Maii 1763.

Nicolaus de Rosa Episcopus Putel. C.M.

R. M.

Illiſtriſſ. , & Reverendiss. Domine.

Historiam Iuris Canonici ad usum Semina-
rii Salesianiani concinnatam ab eruditissi-
mo presbytero D. Carmino Firmino quum iusu
tuo perlegisse: nil penitus in ea offendit, quod
regiis, regnique huius moribus, ac legibus ad-
versetur. Opusculum propterea istud studiosae
iuventuti profuturum luce praeli publica per-
dignum condeo. Neapoli 28. Iulii 1763.

*Morillimus, & obsequiosiss. famulus,
Carolus Gagliardus.*

Die

Die 31. Mensis Augusti 1763. Neapol.

Viso rescripto sue Regalis Majestatis sub die 27. currentis mensis, & anni, ac relatione Reverendi II. J. D. D. Caroli Gagliardo, de commissione Reverendissimi Regii Cappellani Majoris, ordine praefatae Regalis Majestatis.

Regalis Camera Sanctae Clarae providet, decernit, atque mandat, quod imprimatur cum inserta forma praesentis supplicis libelli, ac approbationis dicti Reverendi Revisoris. Verum in publicatione servetur Regia Pragmatica, hoc suum.

GAETA.

PERRELLI.

VARGAS MACCIUCCA.

Reg. fol. 97. 2.

Carulli.

Athanasius.

Page 22 -

8 ii.

Page 22 -

P. S. ii.

